GABOTTO
E
EUSEBIO


II

RIGESTUM
COMUNIS
ALBE

I.M.S.

Remove cover

Bind <u>both</u> volumes the <u>same</u>





BIBLIOTECA DELLA SOCIETÀ STORICA SUBALPINA

DIRETTA DA FERDINANDO GABOTTO

XXI.

BIBLIOTECA DELLA SOCIETÀ STORICA SUBALPINA
DIRETTA DA FERDINANDO GABOTTO
XXI.

STUDI E DOCUMENTI DI STORIA ALBESE
PUBLICATI A SPESE DEL MUNICIPIO DI ALBA
II.

EUCLIDE MILANO

IL "RIGESTUM COMUNIS ALBE"

PUBLICATO
CON L'ASSISTENZA E LE CURE
DI
F. GABOTTO E F. EUSEBIO


II.



PINEROLO

TIPOGRAFIA CHIANTORE-MASCARELLI
1903

Corpus Chart. Italiae, XII.



CCXLIX. [29 aprile 1223].

[*De coniuncione ciuitatum Albensis et Astensis*]

(1) (S. T.) Anno domini. Milleximo. Ducentexímo. Vicexímo tercio. Jndictione vndecima. Quod fuit die sabati. tercio Kallendas madii. Jn nomine domini nostri ihesu xpisti et sue Santisime matris uirginis marie. et beati secundi et gloriosissimi martiris laurencii. atque omnium santorum et santarum dei omnia infrascripta capitula de coniuncione et unitate ciuitatis de aste et ciuitatis de alba fiant et intelligantur cum in scripto pacis et concordie astensium et albensium contineretur inter cetera. quod coniuncio et unio utri[*u*]sque ciuitatis deberet fieri secundum quod foret ordinatum et dispositum per quatuor uiros discretos ciuitatis astensis. et per alios quatuor ciuitatis albensis. ut patebat per instrumenta condita per manum Mussi bouini notarii et per manum iacobi cumini notarii. Anno. M. CCXXIII. Jndictione. XI. III. kallendas aprili. electi fuerunt per potestatem et ciuitatem astensem. Petrus laurencius. Ardicio de quarto. Bertramus beraudus. Petrus durnaxius. et per potestatem et ciuitatem albensem. Cunradus occulus capre⁝ Guillelmus de racunixio. Mainfredus carencius. et fulco ceratus. Secundum quod constabat per plubica (*sic*) instrumenta. quorum unum conditum erat per manum Jacobi cumini notarii comunis albe. Anno dominice incarnacionis. M. CCXXIII. die martis XI. intrante mense aprili. Jndictione. XI. Aliud conditum erat per manum Musi bouiculi notarii. Anno domini. M. CC. XXIII. Jndictione. XI. VII. Kallendas madii. predicti. VIII. uiri astenses et albenses. unanimiter in concordia pronunciauerunt super concordia[*m*] et coniuncionem et unionem dictarum ciuitatum secundum formam infrascriptam. que forma talis est. Hec est forma coniuncionis et unitatis ciuitatis de aste. et ciuitatis albe⁝ uidelicet quod ciues ciuitatis de aste eficiantur ciues ciuitatis de alba. et e conuerso ciues ciuitatis de alba eficiantur ciues ciuitatis de aste. Tali forma quod ambe ciuitates una eademque ciuitas (2) reputentur. et ex hac coniuncione taliter sint unite quod sint et idem. et unum corpus in perpetuum. set et si contingeret quod ciuitati de aste guerra inciperetur ab aliqua persona uel ciuitate uel castro uel uilla uel burgo. comune de alba et ciues eiusdem ciuitatis teneantur illi

(1) F. 181 *r*. (2) R: une eādemque ciuitates (3) *Lo spaziato è in*

persone seu ciuitati uel castro uel uille uel burgo guerram facere. tam pro comune quam pro diuisso. et hoc de domo sua. et de omnibus aliis locis de quibus seu pro quibus guerram facere possent: illi persone ciuitati uel loco Modo aliquo nec ex illa guerra possit facere pacem uel treuam uel guerram recreutam: seu possam postulare uel dare absque parabola et uoluntate potestatis seu consulum comunis de aste. data et concessa uoluntate tocius uel maioris partis consilii de aste. et e conuerso si contingeret quod guerra(m) inciperetur ab aliqua persona uel ciuitate uel castro uel uilla uel burgo ciuitati de alba: quod comune de aste et ciues ciuitatis de aste teneantur illi persone uel ciuitati seu castro uel uille aut burgo: guerram facere tam pro comune quam pro diuiso. et hoc de domo sua. et de omnibus aliis locis de quibus seu pro quibus guerram facere possent. illi persone ciuitati uel loco modo alico (*sic*). nec ex illa guerra possint facere pacem uel treuam seu guerram recreutam. uel posam postulare uel dare absque parapola (*sic*) et uoluntate tocius uel maioris partis consilii de alba. et hoc actum est in dicta coniuncione quod guerra(m) incepta esse intelligatur: auterutrum (3) ciuitatum predictarum in hac forma. Videlicet postquam ciuitas astensis fecerit consilium per tres uices diuersis diebus tricentum hominum de melioribus ciuitatis inter quos sint credendarii canpane more solito congregati: et due partes conscilii fuerint in concordia quod guerra esset incepta ciuitati de aste et de guerra facienda tunc ciuitas albe: et homines illius ciuitatis teneantur facere guerram ut supra. postquam fuerit denunciatum dicto uel literis. saluo eo quod si contingeret quod ciuitas (4) albe possit facere fieri restitucionem comuni de aste de eo de quo diceret guerram sibi esse(t) inceptam. ad uoluntatem comunis de aste infra unum mensem postquam ipsi comuni albe fuerit denunciatum dicto uel literis quod guerram inciperet uel faceret pro comuni aste: tunc comune de aste non possit conpellere comune de alba ut guerram faciat secundum formam predictam. Et e conuerso postquam ciuitas de alba fecerit consilium per tres uices centumquinquaginta hominum diuersis diebus de melioribus ciuitatis inter quos sint credendarii canpane more solito congregati: et due partes consilii fuerint in concordia quod Guerra esset incepta ciuitati de alba: et de guerra facienda. tunc ciuitaS de aste et homineS illius ciuitatis teneantur facere guerram ut supra: postquam ei fuerit denunciatum dicto uel literis. saluo eo quod si contingeret quod ciuitas de ast possit facere fieri (5) restitucionem comuni de alba de eo quod diceretur guerram sibi esse(t) in-

---

sopralinea. (4) F. 181 *v.* (5) *In* R facere *è dopo* fieri, *con richiamo a*

ceptam: ad uoluntatem comunis de alba infra unum mensem postquam ipsi comuni de aste fuerit denunciatum dicto uel literis quod guerram inciperet uel faceret pro comuni de alba: tunc comune de alba non possit compellere comune de aste ut gueram faciat secundum formam predictam. § Ad hec si alterutra ciuitatum consilio alterius guerram inciperet aliqua de causa alicui persone ciuitati uel loco: anbe ciuitates teneantur guerram facere una pro altera quemadmodum in superiori capitulo proximo continetur (6). Si uero sine conscilio alterius ciuitatis altera ciuitatum guerram inciperet; tunc alia ciuitas non teneatur pro ea guerram facere. set aliquo modo ei nocere non possit. eo saluo quod si aliqua ciuitas posset facere fieri restitucionem infra unum mensem illi ciuitati que guerram uellet incipere ad uoluntatem ipsius de eo pro quo uellet guerram incipere: non debeat illa ciuitas guerram incipere. dictas autem guerras facere debent predicte ciuitates: faciendo municionem in hac forma. videlicet quod ciuitas de aste debet habere et habere teneatur. ccc. milites. et ciuitas albe. cl. et tantum plus uel minus quantum anbe ciuitates essent in concordia. Alias uero municiones peditum facere tenentur predicte ciuitates ad inuicem una pro altera ad totum suum posse. per se et per suos homines: bona fide et absque malo ingenio. § Jnsuper si contingeret alico *(sic)* casu quod aliquis nomine comunis albe seu pro comuni albe peteret seu postularet consilium a potestate siue rectore ciuitatis de aste canpane seu alio modo. tunc potestas seu rector ciuitatis de aste. tenea(n)tur illud consilium ei pro comune albe. et responsionem ei facere in consilio si placuerit postulanti. E conuerso si aliquis nomine comunis de aste seu pro comune de aste peteret seu postularet consilium a potestate seu rectore ciuitatis de alba: canpane uel alio modo: tunc potestas seu rector ciuitatis albe teneatur ei illud consilium dare pro comuni de aste. et responsionem ei facere in consilio si placuerit postulanti. § Jtem actum est in dicta coniuncione quod anbe predicte ciuitates regantur usque ad trienium per unam potestatem et tantum plus quantum anbe ciuitates fuerint in concordia(m): Tali modo quod ipsa potestas iuret regere ciuitatem aste secundum formam capitulorum ipsius ciuitatis astensis ita quod comune de aste: uel aliquiS pro diuisso non debeat se intromitere Modo alico *(sic)* de regimine ciuitatis albe absque uoluntate consilii ciuitatis albe tocius uel duarum parcium per canpanam more solito congregate (7). E conuerso quod potestas ipsa iuret regere ciuitatem albe secundum formam capitulorum ciuitatis albe. ita quod comune de alba aut aliquis pro diuisso non debeat

---

posset (6) *In* R proximo *è scritto dopo* continetur, *con richiamo a capitulo*

se intromitere modo alico de regimine ciuitatis de aste absque uoluntate consilii ciuitatis de aste; totius uel duarum parcium per canpanam more solito congregati. et quod ipsa potestas teneatur stare per duas partes anni in ciuitate(m) astensi nisi iusta necessitate ciuitatis albe remanserit. et per terciam partem Anni in ciuitate albensi nisi iusta necesitate ciuitatis de aste (8) remanserit. Tali modo quod per totum annum teneatur habere in ciuitate(m) astensi unum iudicem et unum militem et in ciuitate albe unum iudicem: et unum militem. ad expensas ipsius potestatis. de feudo uero ipsius potestatis comune de aste soluere teneatur duas partes. et comune albe terciam partem. quod feudum esse possit ad plus. libras. M. papiensium (9). et medietas datarum utriusque ciuitatis. que date capi debeant secundum formam capitulorum utriusque ciuitatis § dictus autem potestas eligi debeat tali forma. quod comune de aste habeat potestatem eligendi terram de qua debuerit esse ipse potestas primo Anno. et comune albe habeat potestatem eligendi in secundo anno: terram de qua debuerit esse ille potestas. in tercio uero anno comune de aste habeat potestatem eligendi terram de qua debuerit esse ipse potestas ita quod electio persone potestatis sic fieri debeat. uidelicet quod duo anbaxatores ciuitatis de aste: et duo ciuitatis albe eligantur qui quatuor unanimiter in concordiam debeant eligere personam potestatis. et si omneS insimul non essent concordeS de electione facienda: tunc duo ambaxatores de aste: cum uno Anbaxatore de alba possint eligere. set absque consensu anborum anbaxatorum ciuitatis de ast nullo modo persona potestatis eligi possit. Jnsuper ipsa potestas esse debeat a ciuitate uercellarum et a ciuitate tartone infra. et ipse potestas debeat esse ciuis. et *(sic)* esse consueuerit ipse et sui Antecessores. dictus autem potestas eligatur per duos menses ante kallendas ianuarii: proximas uenientes et teneatur regere ciuitatem albe a festo anni noui usque ad sanctam Mariam candelariam prosimam. et capere possit pro feudo illius mensis a comune albe ipse potestas libras. LXX. papiensium (10) et a festo sancte marie candelarie teneatur regere ciuitatem astensem et Ciuitatem albensem usque ad aliam sanctam mariam candelariam prout dictum est supra. § Jtem comune de aste et cjues (11) eiusdem ciuitatis teneantur saluare custodire defendere ciues ciuitatis de alba et eius poderii et comune eiusdem ciuitatis et eius res per totum suum posse. et alibi ubicumque possent tamquam ciues astenses. E conuerso comune ciuitatis de alba: et ciues eiusdem ciuitatis in omnibus et per omnia per se et per totum suum posse et alibi. teneantur

---

(7) R: congregato (8) F. 142 *r*. (9) R: libras. M. papiensis (10) R: pa-

facere uersus comune de aste. et homines ciuitatis eiusdem. § Jtem actum est in dicta coniuncione quod si quid debet dari uel debuerit ex causa alicuius contractus uel quasi maleficii uel quasi ab aliquo uel ab aliquibus alicui ciui albensi: comune de aste et potestas de aste teneantur dare forciam et uirtutem consilium et adiutorium illi ciui albensi ad hoc ut ius suum consequatur. et debitum suum habeat in omnibus et per omnia quemadmodum daret consilium et adiutorium forciam et uirtutem alicui ciui astensi: ad ius suum consequendum et debitum suum habendum. E conuerso comune de alba et potestas de alba tenea[*n*]tur dare forciam uirtutem consilium et adiutorium ciui astensi ad hoc ut ius suum consequatur et debitum suum habeat in omnibus et per omnia quemadmodum daret consilium adiutorium forciam et uirtutem alicui ciui albensi ad ius suum consequendum. et debitum suum habendum. § Jtem potestas astensis seu rector astensis tenea(n)tur facere racionem ciui albensi uel alii de eius posse conquerenti de ciue astensi uel de alico de pose *(sic)* astensium. et causam diffinire infra. XL. dieS post depositam querelam. E conuerso potestas de alba seu rector albe teneatur facere racionem (12) ciui astensi uel alii de eius posse conquerenti de ciue albensi. uel de alio de posse albensium: et causam difinire infra. XL. dies post depositam querelam. § Jtem actum est in dicta coniuncione quod ciues ciuitatis albe et eius poderii non debeant dare aliquod pedagium in ciuitate astensi nec in eius poderio aliter quam ciues ciuitatis astensis. E conuerso ciues ciuitatis de aste uel eius poderii non debeant dare aliquod pedagium in ciuitate albensi nec in eius pose *(sic)* aliter quam ciues ciuitatis de alba. et quod ciues ciuitatis utriusque: et potestas earumdem debeant dare forciam et uirtutem cum racione quod aliquod pedagium non soluatur a ciuitate albensi usque ad ciui(13)tatem astensem: a ciuibus predictarum ciuitatum. et quod ciues ciuitatis de aste non possint aliquod pedagium statuere seu ordinare u e l (14) malamtotam in ciuibus albe uel in hominibus de eius posse. E conuerso ciues ciuitatis de alba non possint statuere siue ordinare aliquod pedagium. seu malamtotam in ciuibus de aste uel in hominibus de eius posse. et si aliquis ciuis ciuitatis astensis fuerit inuentus facere res alienas suaS causa fraudandi pedagium ciuitatis de alba et eius posse. quod potestas de aste auferat ei pro pena. XX. solidos. quocienscumque fuerit inuentus hoc facere. et quilibet possit (15) acusare. ita quod acusator debeat habere quartam partem banni. E conuerso si ciujs (16) ciuitatis

---

piensis (11) cjues *è corretto su* coues (12) R: racicionem (13) F. 182 c. (14) *Lo spaziato è in sopralinea.* (15) *Segue cancellato*: ipsum (16) R.

de alba fuerit inuentus facere res alienas suas causa fraudandi pedagium ciuitatis de aste et eius posse: quod potestas de alba auferat ei pro pena. xx. solidos. quocienscumque fuerit inuentus hoc (17) facere. et quilibet possit acusare ita quod acusator debeat habere quartam partem banni. Jtem si contingerit quod aliquis ciuis de alba uel de posse maleficium aliquod commiserit in ciuitate astensi uel posse seu in strata uel alibi: et fuerit a potestate astensi uel a ciuibus eiusdem ciuitatis captus: quod dictus potestas de aste teneatur illum mittere ad potestatem albe. ita quod potestas albe teneatur illum punire. et de illo racionem facere in omnibus et per omnia quemadmodum faceret si ipse malefactor commisisset maleficium in ciuitate albe uel in eius posse. et e conuerso si aliquis ciuis de aste uel de eius posse aliquod maleficium commiserit in ciuitate albe uel posse quod eodem modo teneatur illum mittere ad potestatem astensium. et potestas astensium eodem Modo teneatur punire: et facere de illo racionem quemadmodum teneretur de ciue astensi. si ille (18) maleficium commisiset in ciuitate astensi. Jtem quod aliquis ciuis de aste et de pose (14) non possit recipere aliquod furtum ab aliquo ciue albensi et de eius posse. et si denunciatum fuerit potestati astensium furtum aliquod factum fuisse in ciuitate albensi: uel in eius posse. quod intendat esse in aste uel in eius posse. quod ipse potestas debeat inquirere ad melius quam poterit. et si furem et furtum habere poterit: illum reddere potestati albe teneatur. Jllud idem teneatur potestas albe in omnibus et per omnia facere versus ciuitatem astensem et versus homines de eius posse. § Jtem potestas astensium teneatur iuramento quod si quis ciuis astensis uel de eius posse prestiterit ofensionem aliquam in personam alicuius ciuis albensis uel (de) eius poderii vulnerando percuciendo uel alias iniurias inferendo: eamdem penam aufere (*sic*) quam ei auferet si in persona alicuius ciuis astensis habitantis in aste uel in persona alicuius sui poderii hoc fecisset. E conuerso in omnibus et per omnia teneatur potestas albensis de ciuibus albensibus et de eius poderio facientibus aliquod predictorum maleficiorum in persona alicuius ciuis astensis uel (de) eius poderii. § Jtem si quiS ciuis astensis uel de posse astensium interfecerit aliquem ciuem de alba uel de posse albe in ciuitate albe pro pecunia pro se uel faciendo uindictam pro alio: potestas albe et comune eiusdem ciuitatis tenea[*n*]tur ipsum capere si habere poteri[*n*]t. et malefactor soluat pro banno. quingentaS libraS. aut moriatur reseruata uindicta potestati astensium: tam persone quam peccunie. E conuerso si quis ciuis albe uel de posse albe

ciujs *è corretto su* ciues (17) R: hec (18) R: illum (19) R: et male-

interfecerit aliquem ciuem de aste uel de posse in ciuitate astensi pro pecunia uel faciendo uindictam pro se uel pro alio: potestas astensium et comune eiusdem ciuitatis tenea[n]tur eum capere si habere poteri[n]t. et malefactor (19) soluat pro banno. libras. quingentas. aut moriatur. reseruata uindicta potestati albensium. tam persone quam peccunie. non obstante supradicto proximo capitulo. § Jtem si contingerit (*sic*) quod aliquis ciuis de aste uel de eius posse deinceps aliquod obprobium uel aliquod maleficium preteritum dixerit versus (20) homines albe uel de eorum ciuitate potestas astensium teneatur ei auferre pro pena. xx. solidos. quociens hoc dixerit. infra dies. viii. postquam dixerit si inde acusatus fuerit. si maior fuerit et si medius fuerit. x. solidos. si minor. v. solidos. de quibus medietas sit illius qui acusauerit et quilibet possit illum acusare. habendo secum unum testem. et si aliquis ciuis albe in aste predicta uersus hominem de aste primo inceperit et dixerit: et denunciatum fuerit potestati de aste. quod ipse potestas teneatur inquirere ueritatem ut supra. et mitere ad potestatem albe infra. viii. dies. postquam habuerit probacionem et potestas albe inde teneatur aufferre e i (14) penam ut supra. E conuerso in omnibus et per omnia potestas albe teneatur illud idem facere in ciuibus albe et in ciuibus aste et si aliquis ciuis predictarum ciuitatum dictam penam soluere non poterit: potestas in cuius terra penam soluere debuerit: faciat ipsum frustare per ciuitatem. Jtem actum est in dicta coniuncione quod aliquis ciuis de aste uel d e (14) eius posse non possit nec debeat curere seu insultum facere per se uel per alium super ciuitatem de alba uel eius poderium (21) et si quis contrafecerit si maior fuerit soluat pro pena. libras. L. astensium: comuni de aste. et si fuerit medius. libras. xxv. si minor fuerit. libras. x. quociens hoc fecerit et si penam soluere non poterit ponatur in banno de quo non exeat donec ipsam penam persoluat. E conuerso quod aliquis ciuis ciuitatis de alba uel de eius posse non debeat curere seu insultum facere per se uel per alium super ciuitatem astensem uel eius poderium (21) et si quis contrafecerit si maior fuerit soluat pro pena. libras. L. comuni albe et si fuerit medius. libras. xxv. et si fuerit minor libras. x. quociens hoc fecerit et si pena soluere non poterit ponatur in banno de quo non exeat donec penam persoluat. § Jtem Actum est in dicta coniuncione quod omnia prescripta et infrascripta a predictis ciuitatibus debeant obseruari. non obstante aliquo citaynatico paucione (*sic*) uel coniunctione uel coniuracione uel iuramento: quo uel qua dicte ciuitates tempore aliquo

---

factor et malefactor (20) F. 183 *r*. (21) R: poderii (22) *In* R pau-

fuissent ligate cum aliqua ciuitate uel cum loco aliquo que ciuitas apelletur. non obstante aliquo citaynatico paucione uel coniuncione et coniuracione (22) uel iuramento: quo uel qua dicte ciuitates essent ligate cum hominibus de astexio. uel cum aliquo loco alio. uel hominibus qui sint aliquorum opidanorum. ita quod ex hoc capitulo nichil diminuatur ex illo capitulo quod sic incipit. Hec est forma coniuncionis et unitatis etc. *(sic)* Jtem Actum est in dicta coniuncione quod ambe predicte ciuitates teneantur ad inuicem dare bona fide absque malo ingenio: conscilium et Amonicionem facere: et preces porrigere quod omnes ille persone que tenentur iuramento uel alio modo alicui predictarum ciuitatum: teneantur eodem modo et alteri ciuitati si fuerit de uoluntate Alterius ciuitatis. nec in hoc capitulo intelligantur uasalli alicuius predictarum ciuitatum. § Jtem Actum est in dicta coniuncione quod potestates dictarum ciuitatum teneantur Juramento tractare et inquirere bona fide super facto strate que uadit in marina et si fuerit de utilitate utriusque ciuitatis quod strata uadat per albam: dare forciam bona fide ut ipsa strata uadat per albam. et per quamcumque strata[*m*] homines de aste uadant. debeant dare forciam bona fide et uirtutem: ut homines de alba hisdem pedagiis per eas stratas debeant Ambulare: pro quibus pedagiis homines de aste iuerint per eam stratam. et si homines de aste aliquam stratam ordinauerint: debeant illam ordinare per se et homines de alba si albensibus placuerit. Jtem teneatur quilibet (*sic*) dictarum ciuitatum dare operam conscilium et adiutorium bona fide pro posse suo: quod forum seu mercatum et nundine alterius ciuitatis augeantur et anpleantur. Jtem Actum est in dicta coniuncione quod illi qui banniti fuerint deinde occasione alicuius maleficii quod commitatur (23) de aste banniti esse reputentur de ciuitate albe. et E conuerso illi (24) qui banniti fuerint de inde occasione alicuius maleficii quod conmitatur de ciuitate albensi: banniti esse reputentur de ciuitate astensi. § Jtem actum est in dicta coniuncione quod unitas et coniuncio que sunt inter ciuitatem astensem: et Ciuitatem albensem prout supra et infra scripte sunt: de tercio in tercio Anno Juramento debeant confirmari. specialiter a qualibet persona utriusque ciuitatis prestito bona fide secundum quod melius fieri poterit. et quod potestas utriusque ciuitatis teneatur Jurare in sacramento sui sequiminis facere aponi quod unusquisque ciuis utriusque ciuitatis teneatur Juramento: hunitatem et coniuncionem dictarum ciuitatum in perpetuo habere firmam. et dare operam bona fide quod inuiolabiliter obseruentur. et Teneatur potestas

---

cione uel *segue* coniuncione *corretto su* coniuracione (23) R: committator

utriusque ciuitatis facere Jurare capitulatoribus Annatim electis ad capitula dictarum ciuitatum emendanda: quod ipsi ponant in uolumine capitulorum dictarum ciuitatum prout melius et arcius poterunt: quod potestas seu rectores pro tempore existentes in dictis ciuitatibus teneantur iuramento speciali obseruare omnia que in instrumentis de predicta coniuncione et unitate seu conuencione continentur. § Jtem Actum est in predicta coniuncione quod quelibet (25) dictarum ciuitatum et quilibet earum coaiutorum absoluta et absolutus sit: ab omni dampno illato et offensione aliquo modo facta alterutri ciuitatum. uel alicui de eius parte: occasione guerre astensium et albensium. § Jtem actum est in dicta coniuncione quod Ciuitas astensis et Ciuitas albe ab aste superius: non possint facere coniuracionem: societatem: citaynaticum: pactionem cum aliqua persona: uel uniuersitate. uel loco sine consensu et uoluntate et parabola utriusque ciuitatum. Ab aste uero inferius si contingerit quod Ciuitas astensis uellet facere coniuracionem: societatem: citaynaticum: pactionem cum aliqua persona uel uniuersitate uel loco: debea(n)t illum uel illam facere: tam pro ciuitate albe quam pro se. siquidem ciuitas albe in illa coniuracione seu societate: citaynatico uel pactione uellet adesse. ostendendo formam coniuracionis societatis: pactionis. citaynatici. ciuitati albe ante quam fieret: seu conpleretur. et si in illa societate uel in illo citaynatico uel aliquo predictorum nollet esse. Tunc Ciuitas astensis nichilominus ab aste inferius quodlibet ex predictis facere possit. Veruntamen quicquid fiat ex predictis a ciuitate aste: senper fieri debeat in omnem euentum: saluis pactis: et conuentis: et salua unitate et coniuncione: et saluo citaynatico: in omnibus et per omnia ciuitatis Astensis: et ciuitatis de alba. ita quod Astensis Ciuitas et Ciuitas albe senper maneant unite prout modo sunt. non obstante aliquo predictorum. et una uersus aliam teneatur prout modo tenetur: in omnibus et per omnia: quicquid contingat ex aliquo predictorum. E conuerso Ciuitas albe in omnibus et per omnia teneatur facere uersus ciuitatem de aste: et pro ciuitate de aste quemadmodum superius continetur: quod ciuitas ast tenetur facere uersus Ciuitatem albe et pro Ciuitate Albe. nec ex precedenti capitulo (26) inhibeantur Ciuitas astensium uel Ciuitas albensium capere fidelitatem ab illis qui tenent eorum feuda. § Jtem pronunciatum est per supradictos viros: quod Astensis Ciuitas debet facere promisionem et instrumentum Ciuitati Albe uel Alii recipienti nomine ipsius Ciuitatis de predictis omnibus Attendendis quandocumque placuerit albensibus. E conuerso Ciuitas albe illud idem facere teneatur versus

---

(24) F. 183 *v.* (25) R: quilibet (26) R: capitulo Capitulo (27) *Segue*

Ciuitatem astensem quandocumque ei placuerit. Hec omnia fiant saluiS omnibus capitulis que continentur in scripto super quod (27) iurauerunt potestas astensis. et potestas albensis. prout in instrumento inde condito continetur. § Jtem Actum est in dicta coniuncione quod si quid additum uel diminutum fuerit uoluntate utriusque dictarum Ciuitatum: his que suprascripta sunt de addito teneantur et de diminuto absoluantur. Actum fuit Jn uilla neuearum. Jn talamo Archipresbiteri sancti petri. Vbi uocati et rogati fuerunt testes. Dictus Archipresbiter. presbiter Guillelmus. Alius presbiter nomine Guillelmus. Robaudus notarius. Jacobus turcus (28). Guillelmus rocius. Bertolotus meçena. Jsnardus. Et Ego Willelmus qui uocor pignolius notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi, (S. T.)

(S. T.) EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus uoluntate et iussu domini Mafei de curtenoua iudiciS comunis albe suprascriptum instrumentum ab autemptico sumpsi et insinuaui et in publicam formam redegi ita quod perpetuo ualeat tamquam ipsum Autempticum et quod in eo continetur et in isto preter literas plus minusue. *(nt) (nt) (nt)*

(29) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius. cognoui ita uerum esse subscripsi *(nt) (nt) (nt)*

(30) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ

CCL. [12 maggio 1223].

Confir[*matio*] *c*[*oncordie*] *astensium. et albensium* (1).

(S. T.) Anno domini. M. CC.XXIII. Jndiccione vndecima quod fuit die ueneris. XII. intrante madio. Jn nomine domini nostri ihesu xpisti. amen. Jn pleno Conscilio Ciuitatis Astensis per canpanam et nuncios comunis more solito congregato. dominus Girardus manaria potestas astensium et omnes credendarii illius conscilii congregati nomine et uice comunis Astensium. Abrobauerunt (*sic*) et confirmauerunt in omnibus et per omnia coniuncionem et unionem et omnia que facta seu scripta uel pronunciata fuerunt (2) inter comune astensium et comune Albe. per VIII. uiros discretos astenses et Albenses ad hoc electos: scilicet petrum Laurenti. Ardicionem de quarto: Bertramum berardum: petrum durnaxium. Et Cunradum occulum capre. Willelmum de racunixio: fulconem ceratum. et Mainfredum carencium. secundum

---

cancellato pōt as (28) F. 184 *r.* (29) *Quanto segue è di altra mano.* (30) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Questo titolo è in margine, in carattere del secolo XVI.* (2) R: fue-

quod continebatur in instrumentis inde conditis. per manum philipi notarii. et Willelmi pignolii notarii. eodem Anno die sabbati tercio kallendas madii. promittentes dictus potestas Astensis et omnes predicti consciliarii uice et nomine tocius comunis astensium. domino Leonardo uicecomiti potestati Albensium recipienti nomine comunis albe. obseruare in perpetuo bona fide inuiolabiliter in omnibus et per omnia secundum quod in predicta coniuncione et unione et in predictis instrumentis continetur. Nomina predictorum consciliatorum astensium sunt hec. Rollandus caço. Bertramus berardus. Robaudus gardinus. petrus becarius. Mascarus scaranpus. Guillelmus poesia. Vbertus arnaudus. Gascus ugonus. Jacobus gislamerius. henricus rotarius. petrus de aracio. Mainfredus bertramus. Guillelmus bertramus. Guillelmus cacairanus. Girardus iosbertus. Mainfredus rebuinus. Gualla pelleta. Jacobus de sibona. Rollandus de cumentina. Willelmus cassanus. Vbertus de mercato. Cunradus. gagla. Cunradus bertaldus. Obertus durnaxius. petrus flamengus. Anselmus de prato. Ardicio de quarto. Mainfredus bouetus. Guillelmus durnaxius. Obertus bernisterius. Obertus gardinus. Otonus coglauda. Jacobus de ualfeneria. Willelmus cerrutuS. Raimundus damianus. Jacobus frumentum. Guiçardus berardengus. petrus ypolitus. Bouinus. Willelmus de sancto iohanne. Jacobus Miles. Otto braerius. Rainerius Apolius. Jacobus de cumignano. Gandulfus deatus. Jacobus de portis. Jacobus ferrerius. Anselmus de gorçano. buchera. Jacobus ficherius. Obertus nouuellus. Otto gauonus. Jacobus de fraxo. Willelmus bunus. Rollandus de uallefenaira (3). Obertus de uiuario. petrus cacairanus. Otto de quaranta. Boçius gardinus. Rollandus de poll[e n c i o]. Gaiamundus fantinus. Obertus faletus. Mainfredus de castagnole. Willelmus de solario. Otacius grasiuerdus. Gualla carençanus. Rodulfus nasellus. Jacobus casanus. Tomas de solerio. Nicolaus paria. Willelmus garillius. Jacobus magnanus. MiLonus. Guillelmus de castagnole. Gualla techinus. Anselmus mus. henricus trellus. Jacobus pe(4)lleta Guillelmus de antignano. Rollandus rex. Bonus petrus cirçellarius. Jacobus cunallus. petrus durnaxius. petrus laurenti. Jacobus de iaffa. Rufinus de ripa. Jacobus de stoerda. Jacobus plotea (*sic*). Otto gardinus. Vliuerius mallus capucius. Gandulfus de porta. Jacobus ueuianus. Jacobus de mandra. Albertus lomellus. Willelmus soualerius. Jacobus Arimanus. petrus poesia. Henricus de tegloleis. Baalardus balbus. henricus senestrarius. Milonus de cario. Duniotus beccarius. Astexanus de ast. Bertolomeus pulsauinus. Robaudus soldanus. Sicardus Bonabaila. Obertus scarella. Tomas de curia. Baudicio de curia. Ypolitus carencius. Main-

---

runt *è dopo* albe, *con richiamo a* pronunciata (3) R: senaira (4) F. 184 *v.*

fredus monacus. Bonus infans notarius. Jacobus grafagnus. Raimundus pelleta. Tomas scribanus. Astexanus de pollencio. Gastaudus de quarto. Berardus bigotus. Oto bolla. Rofinus bocus. Rollandus pelleta. Baalardus lagana. Willelmus de stoerda. Berardus çaconus. Trosellus. Otto balasterius. Duniotus trosellus. Robaudus scalia. Ardicio gardinus. Vbertus alferius. Johannes barexanus. Berardus laiollus. Jacobus Auocatus. Actum fuit in ciuitate Astensi. Jn ecclesia sancti iohannis de domo. vbi testes uocati et rogati fuerunt. dominus Marchixius miles potestatis astensium Baalardus berardengus. henricus maçocus clauarius comunis Astensis. Mussus bouinus Guillelmus trosellus notarius comunis Astensis.

Et ego Willelmus qui uocor pignolius notarius interfui et rogatus scripSJ. (S. T.)

(S. T.) EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus voluntate et iussu domini Mafei (5) de curtenoua iudicis comunis albe suprascriptum instrumentum ab autemptico sumpsi et insinuaui et in publicam formam redegi ita quod perpetuo (6) ualeat tamquam ipsum autempticum et quod in eo continetur et in isto preter literas plus minusue *(nt) (nt) (nt)*.,

(7) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus SupraScriptum Jnstrumentum audiui legi cum autentico. et quod in eo continetur et in isto preter literas plus Minusue.

(8) (S. T.) EGO autem Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subScripSJ. *(nt) (nt) (nt)*

CCLI. [30 marzo 1223 (1).

[*De concordia albensium et astensium*].

(S. T.) Anno dominice Jncarnacionis millesimo ducentesimo vigesimo tercio. Die iouis secundo Ante Kallendas Aprilis. Jndicione undecima. Cum Girardus manera potestas Astensium et leonardus uicecomes potestas Albe congregati forent in pratis de subtus gouono cum quadam quantitate militum (2) utriusque ciuitatis pro iuranda pace et Amicicia que tractata erat inter Astenses et Albenses. prout teboldus de teboldis iudex et Assessor prefati Girardi manere potestatis Astensium (3). et

---

(5) *Lo spaziato è in sopralinea, di mano del notaio Fantino.* (6) *Lo spaziato è in sopralinea, di prima mano.* (7) *Quanto segue è di altra mano.* (8) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Nel 1223 era giovedì il 30, venerdì il 31 marzo: il notaio probabilmente non tenne conto, nella data di questo doc., del giorno delle calende.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) Astensium *è scritto dopo* potestatis, *con*

Jacobus de populo iudex et assessor prefati Leonardi Vicecomitis potestatis Albe Ad inuicem conpromiserant et Jurauerant facere Attendi et iurari per istos (*sic*) potestates nomine et ex parte comunium Ambarum ciuitatum secundum quod continebatur in quodam scripto inde condito: prefacti Girardus et Leonardus potestates nomine et ex parte comunium illarum ciuitatum iurauerunt ad sancta dei euangelia Attendere et obseruare et Attendi et obseruari facere A comunibus illarum ciuitatum pacem Amiciciam et concordiam que tractata erat inter comunia utriusque ciuitatis secundum quod continebatur in quodam scripto inde condito et ibi perlecto et secundum quod tractaretur adderetur atque diminueretur per quatuor sapientes viros cuiuslibet ciuitatis ad hoc electoS. Tenor Autem scripti inde conditi et ibi lecti talis est (4). Jn nomine domini Amen. hec est forma pacis et concordie que conplebitur deo dante. Jn primis super castro neuearum et barbarisci talis debet esse (5) composicio. Videlicet quod comune de aste debet permutare id quod habet in castro barbarisci cum eo quod comune albe habet in castro neuearum feudum pro feudo Alodium pro alodio. de eo quod habet in uilla barbarisci comune de aste debet similiter facere permutacionem cum eo quod habet comune albe in uilla neuearum. Tali forma quod massum barbarisci Atribuatur comuni albe pro masso neuearum et sic de masso in massum (6). Et si quid (7) aliud iuris habet comune de aste in castro uel (8) uilla barbarisci debet recipere conpensacionem in eo quod comune albe habet uel (9) habere uidebatur in uilla neuearum. et si quid superhabundauerit ipsi comuni albe facta dicta conpensacione in uilla neuearum si quidem fuerint homines et fuerint proprii ipsius comunis albe ita quod aliquis in eis partem non habeat possi(n)t eos ibi tenere prout uolueri(n)t: et ducere alibi ad habitandum supra suum poderium: nec comune de aste possit eos recipere nec consentire ad habitandum supra suum posse sine uoluntate comunis albe. Si uero fuerint comunes ipsi homines cum Aliquo ex consortibus neuearum. debeant ipsi homines morari et stallum facere in uilla neuearum et facere scuffiam (10) castri quo ad contile pertinet nec possint diuidi ipsi homines uel debeant absque uoluntate illius uel illorum qui in eis partem habuerint. Set comune albe eos homines qui superhabundauerint scilicet comunes teneat pro sua parte quiete et pacifice prout dictum est supra ita quod ab eis percipiat

---

richiamo a manere (4) *Del doc. che segue, l'originale* (A) *manca. Ve n'è copia* (B) *nel* Cod. Ast., *donde* (B[1]) *ed., Sella, n. 241, ed altra copia ibidem* (C) *n. 966.* (5) F. 185 *r.* (6) R: mmassum: *ma il secondo* m *sembra espunto.* (7) B, B[1], C: *manca* quid (8) B, B[1], C: et in (9) C: et (10) B1: scuffia

quicquid percipere debet quo ad iurisdiccionem et ad omnia Alia prout faciebat ante mensem unum quam comune de aste intraret in castro neuearum. Et hoc agi debet inter eos quod comune de alba nullo tempore forciam in castro neuearum debet habere. set in castro barbarisci forciam faciat ad suam uoluntatem. et hoc debeat fieri tali modo quod comune de alba nil retineat in castro neuearum nec comune de aste in castro barbarisci. Super facto acquistorum talis debet esse compositio si deo placuerit. Videlicet quod comune de aste non possit uel debeat aliquid acquirere in episcopatu albe (11). et si casu aliquo aliquid ibi acquireret (12). esset comunis albe. exceptis terris laboratoriis sine aliquo contili. Commune uero albe non possit aliquid acquirere in episcopatu astensi excepta gorena (13) quam comune albe possit acquirere. set comune de aste gorenam (14) non possit acquirere. per comune nec per diuissim sub aliquo ingenio. set terras laboratorias possit acquirere comune albe in episcopatu de aste sine aliquo contili. Set nec in pollencio aliquid possit acquirere comune de aste sub aliquo ingenio uel aliqua forma uel aliquo Alio modo qui possit (15) excogitari. Set comune albe pollencium possit acquirere. et exceptis predictis unaqueque dictarum (16) Ciuitatum possit Acquirere ad suam uoluntatem in suo episcopatu. de aliis uero acquistis que fierent extra dictos e[*pisco*]patus comune de aste debet habere duas partes et comune de alba terciam: faciendo expensas comune de aste pro duabus partibus et comune albe pro tercia. Super facto sancte Victorie sic esse debet quod comune de alba tenere debet prout modo tenet illud quod modo habet in castro sancte victorie. Super facto debiti sic fieri debet: (17) quod solucio sortis tantum fieri debet per illos terminos idoneos quos potestas Astensium unanimiter in concordia dixerit cum potestate Albe. Super facto unitatis et coniunccionis (18) predictarum ciuitatum sic fieri debet. Videlicet quod dicte Ciuitates uniri debent et amicicia copulari prout melius poterint cum conscilio quatuor sapientum cuiuslibet ciuitatis ita quod ipse Ciuitates efficiantur unum (19) idem corpus in perpetuum quo ad omnia prout melius expedire videbitur utrique ciuitati. Et hec fiant Ad honorem domini imperatoris et salua eius fidelitate. (20) Nomina Autem illorum militum de aste

(11) B[1]: albensi (12) B, B[1]: si aliquo casu ibi aliquid acquireret (13) C: gaurena (14) C: gaurenam (15) B, B[1]: possent (16) C: ipsarum (17) B, B[1]: debiti sic fiat; C: debiti esse debet hec et fiat (18) B, B[1]: conuentionis (19) B, B[1], C: *agg.*: et (20) B, B[1], C: *manca il tratto seguente, ed ha invece*: Actum Aste in domo Jacobi de Sibonda et Baiamondi de plathea. Testes. Petrus becarius. Petrus laurencius. Ardicionus de quarto. Et Mussus

qui ibi iurauerunt ut supra legitur sunt hec. Baielardus berardengus. § Guillelmus beltramus. § Jacobus de ualfenera. § Ardicionus de quarto. § Guara (*sic*) pelletta. § Girardus osbertus. § petrus beccarius. § Girardus de la porta. (21) § Albertus criuellus. § Petrus laurencius. § Vbertus arnaldus. § Jacobus mignanus. § Jacobus de stoerda. § Astexanus de pollencio. § Vbertus gardinus. § Petrus durnaxius. § Obertus de uiuario. § Berardus berardengus. § Scaranpus de scaranpis. § Jacobus calcaneus. § Guala techitus. § Gribaldus faletus. § Guillelmus cacaranus. § Otellus bucca nigra. § Redulfus laiollius. (22) § Jacobus de sibona. § Vbertarius colorius.

Jnterfuerunt ibi testes. Jacobus de populo iudex et Assessor prefati Leonardi. et Rugerius calossus eius miles et Rodulfus de pomo omnes ciuitatis mediolani. et Teboldus de teboldis iudex et Assessor prefati girardi. et Musso bouinus. et quamplures alii.

(S. T.) Ego Jacobus cuminus notarius condam domini Otonis imperatoris et tunc publicus scriba comunis albe interfui et rogatus tradidi et scripsi .‘.

(S. T.) EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus iussu et uoluntate domini Mafei de curtenoua iudicis comunis albe suprascriptum instramentum ab auptentico sumpsi et insinuaui et in publicam formam redegi ita quod perpetuo ualeat tamquam ipsum autempticum et quod in eo continetur et in isto preter literas plus minusue. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(23) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(24) (S. T). Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ

CCLII. 14 luglio 1224.

[*De pacto inter Albam et Serramlongam*].

(S. T.) Anni domini Millleximo. Ducentexìmo. Vicexìmo quarto. Jndiccione. XII. quod fuit die dominico. XIIII. intrante Jullio. Jn nomine xpisti tale pactum factum est inter comune albe ex una parte et dominum Danexium prepositum ecclesie serre longe et homines ipsius ville ex altera. Jn primis homines conmorantes et conmoraturi in uilla serre longe constituerunt (1) sese ciues et Municipes ciuitatis albe in perpetuum eorum mera et spontanea uoluntate per exercitum et caluacatam (*sic*) per pacem et Guerram et redutum contra omnes per-

---

boviculus notarius cartam fecit. (21) F. 185 *r*. (22) R: baiollius (23) *Quanto segue è di altra mano.* (24) *Quanto segue è di una terza mano.*

sonas excepto contra Marchionem de saluceis et per fodrum et fossata comunis et ciuitatis albe promitentes domino Henrico de petra sancta vicario domini pagani de petra sancta albensium potestatis uice et nomine comunis albe facere dare et atendere omnia suprascripta et cetera munera et alias parias ciuitatis albe prout ciues in alba habitantes de castro et uilla et pertinenciis Serre longe et eorum possessionibus et Mobili. Hec omnia fecerunt voluntate et consensu expresso domini Danexii predicti. prepositi ecclesie sancti Belegni de serra longa qui predicta iura in dicto loco et hominibus serre longe comuni albe concessit. Eapropter dictus dominus Henricus vicarius vice et nomine comuniS albe ipsos homines serre longe in ciues a l b e (1) recepit. Promitens dictis hominibus uice et nomine comunis albe ipsos et eorum heredes defendere et iuuare tanquam alioS ciues in alba habitanteS et eos ad consuetudinem albe tenere et iuuare. preterea promisit nomine comunis albe dicto domino danexio nomine dicte ecclesie ipsum iuuare et bona et iura ipsius ecclesie defendere saluare et manutenere ab omni persona que habet in serra longa et in posse et que habuerit et in villis coherentibus serre longe. Jtem promisit facere poni in Capitulo comuniS albe quod omnia predicta atendantur et obseruantur *(sic)*. ipsis hominibus et preposito et omni Anno refirmantur *(sic)*. et quod potestas uel consules albe inde teneantur saluis aliis iuribus ipsi preposito et abbati fruct[u a r i e n s i s] ecclesie (2) Jtem facere promisit dictus prepositus quod homines de sineis ipsius ecclesie idem facient ut dictum est. Preterea promisit dictus dominus prepositus ipsi Henrico comunis nomine bona fide ad suum posse quod dominus abbas fructu[a r i e n s i s] ecclesia et conuentus hec omnia ut dicta sunt confirmabit. et hec omnia ut dicta sunt infrascripti. homines de serra longa promisserunt et iurauerunt Attendere et obseruare et firma tenere nec ullo tempore in contrarium uenire sub obligacione omnium bonorum suorum. Petrus burdinus. Jacobus uetulus. Henricus saluagnus. Johannes gribaudus. Guillelmus maraçanus. Sicardus turrixanus. Jacobus de plana. Andreas sapiens. Gracianus de codeuilla. Mainfredus tauanus. Jacobus aretus. Bonifacius rabalonus. Johannes uiscardus. ObertuS armanus. Ogerius de monte. Jacobus armanus. Obertus barrossus. Guillelmus de taria. Mainfredus de nuce. henricus maçius. Guillelmus maçola. Bonifacius de monte. Oto de gorgenio. Henricus de bosco. Guillelmus aretus. Johannes rabalonus. Albertus iabaudanus. Arnaudus ripa. Rogerius de marcenasco. Johannes bolius. Jacobus grataira. Petrus deuinus. Nicolaus iuxianus. Johannes Alamannus. Vercel-

---

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.* (2) F. 186 *r.* (3) *Quanto segue è di*

linus. Aicardus caruuS (*sic*). Dalmacius. Bonifacius uiscardus. Johannes sardus. Albertus turrexanus. Anselmus iussianus. Johannes de porta. Jacobus rabalonus. Girardus de albareto. Grimaudus garabellus. Obertus de rodello. Obertus aretus. Tebaudus garabellus. Albertus faxanus. Robaudus iornus. Girardus de luca. Willelmus grixanus. Johannes g(i)-raxanus. Petrus lauanca. Nicolaus de monte. Bertolotus. Oto canauerius. Actum in serra longa in platea ante ecclesiam. Vbi fuerunt testes rogati. Albexanus bauduinus. Obertus bellancius. Guillelmus crispus. Jordanus occulus capre. Rodulfus constancius. Bergoncius pugnus Anselmus cunrengus. Bucabruna. Et Ego Willelmus bonanatus notarius interfui et rogatus ScripSJ *(nt) (nt) (nt)*

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita in isto scripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius. cognoui ita uerum esse Subscripsi ., (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui ita uerum esse subscripSJ

CCLIII. [12 agosto 1224].

De feudo neuilearum (1).

(S. T.) Anni domini. M. CC. XXIIII. Jndiccione. XII. quod fuit. XII. intrante augusto. Jn alba in ecclesia sancti laurencii. Jn pleno conscilio per canpanam congregato more solito. presentibus testibus Jacobo monaco. Henrico de boçolasco. Robaudo de plobice. Henrico et Bergundio censoldo. Ogerio de marcenasco. Odino de plobice Vilielmo bonanato. Dominus Rainerius de ocimiano dei gratia albensis episcopus Sua mera ac spontanea voluntate nomine ecclesie beati Laurencii consensu et voluntate sui capituli ibidem existentis et presentis. Scilicet domini Bertolomei de ulmeta archidiaconi. domini Oberti maingoti prepositi. domini Goosii (2) archipresbiteri. domini Oberti de somano cantoris. domini Guillelmi de braida. domini Guillelmj de nono. domini verixii. domini Jacobi buire (3). domini Bonefacii feramente. domini Otonis çocheti. canonicorum (4) eiusdem ecclesie Beati Laurencii et ipsi canonici Jnuestiuerunt Jn rectum et gentile feudum dominum paganum de petra sancta albensium potestatem uice et nomine comunis

---

altra mano. (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è in margine, di altra mano, ma del sec. XIII.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *O* biure? (4) R: canonici (5) F. 186 *r.*

albe spetialiter (5) de tribus quarteriis castri et ville neuiliarum et omnium ad dictam partem castri et ville pertinencium que vido de niuileis ibi habere et in feudum a domino episcopo detinere confitebatur. et de omnibus iuribus que ipse vido de niuileis et antecessores sui tenebant et possidebant et visi erant tenere et possidere et quasi possidere in toto castro et villa et contitu et castellania et Jurisdiccione neuiljarum (6) et in omnibus ad dictum castrum et villam pertinentibus. presente suprascripto vidone. et volente atque consenciente huic inuestiture et dacioni in feudum et Juri quod habebat in dicto castro et ville (7) et pertinenciis ipsi comuni renunciante. et Jbidem dominus Rainerius episcopus predictus cum canonicis eidem consencientibus et ipsi canonici (et) prefato vidone presente et consenciente et ipse vido iuserunt statuerunt et voluerunt quod dominus paganus de petra sancta albensium potestas uice et nomine comunis albe esse[t] et sua autoritate intraret in possessionem et quasi possessionem supranominati feudi. confitentes se possidere uel quasi possidere totum predictum feudum nomine comunis albe tamdiu quamdiu dictus dominus paganus uel alius pro eo nomine comunis albe de omnibus predictis corporalem apreenderit possessionem uel quasi possessionem. Tali modo quod dictus dominus paganus uice et nomine comuniS albe et ipsum comune de omnibus predictis faciant quicquid facere uoluerint sine contraditione albensis episcopi et eiusdem ecclesie canonicorum et eiusdem vidonis secundum ius et consuetudinem recti et Gentilis feudi. quod feudum dictus episcopus consencientibus predictis canonicis et ipsi canonici ab omni persona defendere promiserunt. Eodem modo et eadem forma dictus episcopus et dicti Canonici cesserunt et (2) dederunt et Jnuestiuerunt dictum dominum paganum albensium potestatem recipientem nomine comunis albe omne aliud ius quod habebat in dicto castro et villa et Castellania et iurisdictione et in vasalliS ab eo tenentibus in predicto castro et villa et specialiter fidelitates quas habebat in vasallis ab eo ibidem tenentibus. et in omnibus aliis hominibus eiusdem castri et ville et pertinentibus absoluendo predictum Vidonem ad peticionem ipsius et alios uasalloS ab eo episcopo tenentes in dicto castro et villa a fidelitatibus et licenciam dando ut fidelitatem faciant comuni albe Secundum quod olim ipsi episcopo facere consueuerant. et absoluendo eciam ipso episcopo predictum vidonem ab omni iure quod habet uel habere posset aduerssus predictum vidonem pro predicto castro siue occasione predicti castri

---

(6) neuiljarum *è corretto su* neuilearum (7) R: ville (8) *Quanto segue è di altra mano.*

uel pertinencium. et ibidem dictus paganus albensium potestas uice et nomine comunis albe voluntate conseiliatorum qui in dicto conscilio erant dicto episcopo de predicto feudo fidelitatem Jurauit. Saluis capitulis quibus tenebatur usque ad suum terminum. et sic duo instrumenta ex uno tenore facta fieri iuserunt. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus interfui et rogatus hanc cartam scripSJ.

(S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus Autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur: ita et in isto scripSJ ., (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(8) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognouj ita verum esse subscripSJ.

CCLIV. [30 giugno e 15 luglio 1224].

[*De Monteforte et nouello*].

(1) (S. T.) Anni domini Millesimo. Ducentesimo Vicesimo quarto Jndictione. duodecima quod fuit die dominico pridie kalendas iullii. Dominus Henricus Marchio de sagona filius condam domini henrici vercii MarchioniS Vendidit libere et in alodium domino Mafeo de curte noua et domino henrico de petra sancta uicem domini Pagani de petra sancta albensium potestatis Gerentibus nomine et uice comunis albe recipientibus. Qui[c]quid Obertarius de nouello et Nicolaus filius domine Audixie. et totum id quod filii condam Girbaudi scapite et id totum quod Anselminus filius quondam domini Anselmi de monforte et id totum quod Otto curtus quondam et id totum quod domini de summaripa de paderno et totum id quod Henricus cignetus et spetialiter braidam ad fontem de ulmo tenebant et vissi fuerunt tenere et possidere illo tempore quo dominus Henricus adquisiuit ab eiS. in castro et villa nouelli et Jurisdiccione et Castellania eiusdem nouelli et Montis clerii. barrolii. et paderni. et nominatim in pançolio et omnibus villis ad dictam castellaniam pertinentibus. Jtem Vendidit in alodium predictus dominus Henricus prefatis Mafeo et Henrico uice et nomine comunis albe totum id quod ipse dominus Henricus adquisiuit in alodio et dompneo ab aliquo uel aliquibus siue detinet in alodio et dompneo uel quod alius eius nomine detinet in alodio uel aliquo modo. Jtem Vendidit predictus dominus Henricus in alodium dicto domino Mafeo et Henrico vice et nomine comunis albe totum id quod predicti filii quondam Girbaudi scapite et Otto curtus et Anselminus filius quondam domini Anselmi de monforti tenebant et possidebant uel uissi fuerunt tenere et possidere tempore illo quo ab ipsis adquisiuit in Castro et villa et eius iurisdictione et Castellania et nominatim in turicella et paerno et aliis locis eiusdem Castellanie in

dompneo uel quod ab eis tenebatur et totum id quod dictus dominus henricus adquisiuit in alodio et dompneo siue detinet in alodio uel do[m]pneo uel alius. eius nomine detinet in alodio uel aliquo modo in predictis castris et villis Nouelli Montisfortis. Montisclerii. Barrolii. pançolii. paderni et in omnibus aliis ipsis locis siue castris pertinentibus siue in castellaniis ipsorum locorum et c a s t r o r u m (2) et in fidelitatibus omnibus ipsorum locorum et omni honore et districtu et contitu et Jurisdictione et in omnibus terris cultis et incultis pratis vineis nemoribus. siluis Venacionibus Aucupacionibus aquatis pascuis piscacionibus rupibus et rupinis iure siue iuribus ipsis locis siue castris seu castellaniis adiacentibus nichil prorsus in suprascriptis in se reseruato siue retento et in omnibus edificiis factis et que fieri fecit in suprascriptis castris et locis. precio. Septem. Milium. librarum astensium et Januensium. de quo precio quietum solutum tacitum se tenuit exceptioni non numerati seu traditi precii renuncians. Quarum rerum predictarum omnium dictus dominus Henricus marchio uolens transferre dominium et possessionem in predictos. mafeum et henricum uice et nomine comunis albe constituit se possidere uel quasi possidere nomine dicti comunis omnia supradicta donec dictum comune uel alius pro eo sua autoritate corporalem apreenderit possessionem uel quasi possessionem. Ad hec dictus dominus henricus marchio dedit et cessit atque mandauit dictis Mafeo et henrico recipientibus uice et nomine comunis albe omnia iura utilia ed directa rei uel persone coherencia eidem domino henrico marchioni conpetencia in predictis rebus uel adversus detentatores earumdem rerum et adverssuS eos a quibus dictus dominus Henricus (3) inde cartam habebat ut possit dictum comune agere excipere et replicare sicut ipse dominus Henricus poterat. Tali modo Vendidit tradidit et cessit ut dictum comune albe predicta omnia habeat teneat et possideat et quasi possideat et faciat libere et in alodio iure proprietario quicquid facere uoluerit sine contradiccione ipsius domini Henrici MarchioniS et eius heredum. et Jta dictus dominuS HenricuS marchio. vice et nomine comuniS albe promisit predictis domino Mafeo et Henrico omnia predicta ab omni homine siue persona defendere et expedire sub obligacione omnium bonorum suorum. Eo saluo et excepto de predictis quod dominus henricus nullam facit vendicionem uel alienacionem de eo quod ipse dominus henricus uel alius pro eo tenet de feudo Marchionis de monteferrato in predictis castris et eorum pertinenciis. Jta tamen quod dictus dominus Marchio vendidit usque ad nonagesimo[s] nono[s] annos prefatis

---

(1) F. 187 *r.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) F. 187 *v.* (4) R:

Mafeo et Henrico. vice et nomine comunis albe omnes fructus GoliaS prouentus et habitacioneS et qui[c]quid uice fructuum et prouentuum habetur in his que tenebat Ogerius de monforte et eius filius Bouerius in dictis locis et in his que ab eis adquisiuit. Tali forma quod si predicte reS quas tenuit dictus Ogerius et Bouerius eius filius euincerentur predicto comuni albe uel occasione domini Henrici et sui heredum obuenirent Marchioni Montisferrati. Dominus henricus teneatur resarcire comune albe dampnum sub pena. Mille. librarum astensium pacto manente rato et ipsiS nomine pignori[*s*] obligauit inde (obligauit) uice et nomine comuniS albe et ipsi comuni albe omnia eius bona. Jbidem dictus henricus absoluit homines predictorum locorum a fidelitatibus quibus eis tenebantur dicens se uelle quod comuni albe fidelitates facere[*n*]t. Jtem promisit dictus dominus Henricus predicto domino Mafeo et Henrico nomine dicti comunis albe se facturum ita quod dominus Gratapalea similem vendictionem et promissionem et cessionem in omnibus et per omnia ut supra ad terminum ordinatum per potestatem faciat (2). Actum in alba in ecclesia sancti laurencii. vbi fuerunt rogati testeS et in plena concione per canpanaS congregata. dominus Guillelmus de ceua. Otto seuencus. Robaudus bassus. Jacobus de bagnasco. Guillelmus de curtemilia. Otto de monexilio. Johannes de monexilio. Robaudus de caluençana. Rufinus mollis. Gaudinellus. Colunbus. Johannes saraxinus saltarii. Eodem anno die lune. xv. intrante Julio presentibus testibus et rogatis. Jacobo de bagnasco. Robaudo de garrexio (4). Otone pugno. Gaudinello saltario. Taraxio. W[illelm]o. prignacio. Oberto marescoto. Albexano bauduino. Alexandro notario. Johanneto magistro. Merlo. Jn ecclesia sancti Laurencij. Jn pleno conscilio. Dominus Gratapalea predictam vendicionem in omnibus et per omnia fecit Henrico de petra sancta uice et nomine comunis albe recipienti et predictam vendiccionem factam a dicto domino Henrico marchione promisit dicto Henrico de petra sancta uicario domini Pagani albensium potestatis uice et nomine comunis albe sub obligacione omnium bonorum suorum defendere et expedire ab omni persona renunciando de principali et omni alii Juri. dans preterea et cedens dictus gratapalea omnia iura que habebat in predictis locis et pertinenciis Jta ut predictum comune habeat libere et in alodio et ipsa iura defendere promisit dicto Henrico vicario domini pagani (5) nomine comunis albe et omnia predicta sicut dominus henricus promisit in omnibus et per omnia ipse dominus gratapalea attendere et obseruare promisit sub obligacione omnium bonorum suorum. Et

garerrexio (5) R: pagani pagani (6) F. 188 r. (7) *Quanto segue è*

EGO Guillelmus bonanatus notarius his omnibus interfui et rogatus sic ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*).

(6) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*) .·,

(7) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui verum subscripSJ. -

(8) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi (*nt*) (*nt*) (*nt*)

CCLV. [30 giugno 1224].

de fidelitate quam fecit dominus henricus de carreto comuni albe (1).

(S. T.) Anni domini. M. CC. XXIIII. Jndiccione. XII. quod fuit die dominico pridie kalendas Julii. Jn plena (2) concione per canpanas congregata. Dominus Henricus Marchio de carreto fecit fidelitatem domino pagano de petra santa albensium potestati uice et nomine comuniS albe recipienti. qui dominus Henricus promisit et iurauit a presenti die in antea senper esse vassallum et fidelem comuni(s) albe et potestati et consulibus albe pro tempore existentibus nomine comunis albe et promisit potestatem et consules albe et Ciuitatem et comune et albenses ciues saluare et defendere ad suum posse in rebus et personis et terram de qua comune albe est saxitum uel inuestitum nunc uel erit ad racionem defendere et conscilium et conscilia ei petita a potestate uel consulibus dare promixit bona fide ad melius comunis (3) albe et credencias sibi dictas a potestate uel consulibus uel mandatas priuatas tenere ad uoluntatem potestatis uel consulis. et Castrum et villam arguelli. Caluençane. fauxolii. Gorgenii. Nielle. Boçolasci munita et scarita potestati uel consulibus albe pro tempore existentibus uel comuni albe siue tempore pacis uel verre. numquam uetaret nec uetari omiteret (*sic*) Jmo eis uel comuni redet ad eius voluntatem. et hec omnia et alia que continentur in fidelitate promisit et iurauit attendere et obseruare. Actum in ecclesia sancti laurencii. vbi fuerunt testes. dominus Guillelmus de ceua. Otto seuencus. Rohaudus bassus. Jacobus de bagnasco. Gaudinellus. Columbus. Johannetus. Rofinus mollus. Et EGO Guillelmus bonanatus notarius interfui et scripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*).

(S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor bonus homo. notarius palatinus autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur. ita et in isto scripSJ ., (*nt*) (*nt*) (*nt*)

---

di altra mano. (8) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è in margine, di altra mano, ma del secolo XIII.* (2) R:

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

(5) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi (*nt*) (*nt*) (*nt*)

CCLVI. [14 settembre 1224].

de neuileis. barbarissco. et treçio et sancto sistro (1).

(S. T.) Anni domini. M.CC. XXIIII. Jndiccione XII. quod fuit. XIIII. intrante setenbris. Jn alba supra voltas sancti laurencii. Jn pleno conscilio per canpanam congre[*ga*]to more solito et Jn presencia testium infrascriptorum. Dominus ardicio de reuello uendidit domino Mafeo de curte noua Judici (2) et vicario domini Pagani de petra santa albensium potestatis recipienti (3) uice et nomine comunis albe totum id quod ipse ardicio habebat et olim habuit et uisus fuit habere in castro et uilla neuilearum et sancti sistri et barbarisci. et Trecii et pertinenciis. et Jurisdiccione et contitu eorum (de) castrorum et villarum. tam in castris quam in uilliS. hominibus terris cultis et incultis. donicis et non donicis. fodro. banno. Successione. fidelitatibus. Aquatico. pascuatico. Siluis. nemoribus. Aucupacionibus. Ve(4)nacionibus. drictis. fictis. nullo omnino iure in se retento. Jmo omnium iurium et accionum in supradictis sibi conpetencium Jn predictum dominum mafeum nomine comunis albe fecit cessionem. et specialiter duodecimam partem tocius castri et ville et tocius contitus et iurisdicionis neuilearum. et nemus et vineam quam ibi ad doneum habere dicebat. Et duodecimam partem tocius castri et ville et Jurisdicionis et conti(n)tus sancti sistri. et specialiter iura que habebat in duobus masis. et decimamoctauam partem tocius castri barbarisci et Trecii. et contitus et pertinenciarum eorumdem et reditus omnes quos habebat in predictis castris et villis et pertinenciis. pro precio quatuorviginti. librarum. astensis monete. de quo precio dictus Ardicio quietum et solutum se tenuit et uocauit. Jta quod excepcioni non numerate pecunie renunciauit. et Jnde dictum dominum Mafeum uice et nomine comuniS albe de supradictis omnibus Jnuestiuit et in possessionem intrare iusit confitendo se eius nomine possidere quousque ipse mafeus uel alius pro eo nomine comunis albe sua autoritate corporalem apreenderit possessionem. uel quasi possessionem. Tali modo quod ipse mafeus uice et nomine co-

---

plana (3) R: comunis comunis (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc. prec.* (2) R: Judice (3) R: recipiente (4) F.

munis albe et comune albe predicta omnia ut supra scripta sunt a modo habeat teneat et possideat et exinde faciat qui[c]quid facere uoluerit sine contradiccione ipsius Ardicionis et eius heredum et omnium Aliarum personarum. Et insuper dictus Ardicio per se suoSque heredes promisit ipsi mafeo uice et nomine comunis albe predicta omnia sicut superius scripta sunt ab omni persona cum racione defendere et expedire. quod si defendere nollet aut non posset vel sub alico ingenio subtraere vellet. tunc omne dampnum quod ex [e]uiccione ipsi comuni contingeret et omnes expensas quas ipse comune uel aliquis nomine comunis albe faceret pro supradictis omnibus defendendis in causa uel extra causam dictus ardicio eidem domino Mafeo uice et nomine comunis albe in integrum restituere promisit. sub ypotecha omnium bonorum suorum. et specialiter super id quod habet in loco neuearum et in eius posse. absoluendo homines supradictorum locorum a fidelitatibus quibus ei tenebantur dicens se uelle ut fidelitates comuni albe faciant. Hec autem vendicio ut supra legitur dictus ardicio promisit et iurauit firma habere et tenere in perpetuum et non contrauenire per se uel per interpositam personam et quod alicui persone non uendidit seu alienauit uel iura sua non tradidit. et fuit confessus dictus Ardicio quod predicta omnia ut superius scripta sunt iusto precio uendidit. et si hec predicta essent distracta minus dimidia iusti precii quod tamen negabat renunciauit illi legi que dicit quod si res sit vendita minus dimidia iusti precii quod uendicio resindatur. aut Justum precium supleatur. Jtem renunciauit omni alii legum auxilio de quo se tueri posset uel iuuari Jta quod in generali verbo quodlibet speciale contineatur. Jbidem fuerunt testes rogati. Obertus buca bruna. Willelmus bonanatus. Opicio de neueis. Vbertus constancius. Oto costancius. Tebaldus faletus. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe Jnterfui et Rogatus sic ScripSJ.

(S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus autempticum huius exempli uidi et legi et prout continebatur in illo. ita et in isto scripSJ. *(nt) (nt) (nt)*

(S. T.) (5)

CCLVII (1). [28 settembre e 30 ottobre 1223] (2).

(3) *Concord*[*ia*]. *ast*[*ensium*]. *et albensium*

(S. T.) (4) Anno domini. Millesimo. Ducentesimo. Vicesimo tercio. Jn-

---

188 *v.* (5) *Il* (S. T.) *che segue è quello di Guglielmo Bonanato, di cui però manca l'autentica.*

(1) Fonti. — A. Orig. in *Arch. St. Tor.*, donde (A¹) ed. in *Cod. Ast.*, n. 1010. — R.

diccione undecima. Die iouis. III° Kallendas octobris. Presentia infrascriptorum testium. Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ad hónorem Beatissime marie et Beatorum appostolorum petri et pauli. et beati secundi et sancti Laurencii et omnium sanctorum. forma concordie vnitatis et Amicicie renouande. Jnter comune astensium (5) et comune albensium (6) ex una parte. et comune Alexandrie ex altera. Talis est.

Comune astensium (5) et eiusdem ciuitatis ciueS et habitatoreS. Jtem comune albensium (6) et eiusdem ciuitatis ciueS et habitatoreS ex una parte Constituunt et faciunt sese ciueS et habitatoreS c i u i t a t i s (7). Alexandrie. Jtem comune Alexandrie et eiusdem ciuitatis ciueS et habitatoreS Constituunt et faciunt sese ciues et habitatores ciuitatis astensis et ciuitatis albensis. habito super his citaynaticis asumpmendis et Eligendis et premisso mutuo consensu et uoluntate concordi potestatum et Consciliatorum predictarum ciuitatum uidelicet ast. albe et Alexandrie. Et propter ea potestas astensis uice et nomine comunis astensium (8) de uoluntate et [*consensu*] conscilii tocius per campanam congregati. Jtem potestas albe uice et nomine comunis albensis de uoluntate et consensu tocius conscilii per canpanam congregati. promittent (*sic*) saluare gubernare custodire defendere (9) manutenere. ciueS et habitatoreS alexandrie sicut proprioS ciueS. et Ciuitatem alexandrie sicut propriam ciuitatem in personiS et rebus. Versa uice potestas Alexandrie de uoluntate et consensu tocius conscilii per canpanam congregati. uice et nomine comunis alexandrie promittet saluare. gubernare. Custodire. defendere et manutenere ciues et habitatores ciuitatis astensis. et habitatores ciuitatis albensis. sicut proprios ciues et ciuitatem astensem sicut propriam ciuitatem alexandrie. et ciuitatem albe sicut propriam ciuitatem alexandrie in personis et rebus.

Jtem qui erit potestas consul siue rector alexandrie sit potestas consul siue rector ciuitatis astensis et ciuitatis albensis. versa uice qui erit potestas consul siue rector asti et Albe sit potestas consul siue rector ast. albe et Alexandrie. Jta tamen quod quilibet potestas consul siue rector teneatur illam ciuitatem regere solummodo ad expensas. illius ciuitatis a qua fuerit electus. Eo saluo quod si oportuerit potesta-

---

(2) *Nel 1223 il 28 settembre era di giovedì, il 29 di venerdì; quindi probabilmente il notaio, nella prima data di questo doc., non computò il giorno delle calende.* (3) F. 189 *r. Il titolo è nel margine destro, di mano del secolo XVI.* (4) A¹ : *manca.* (5) A¹ : astense (6) A¹ : Albense (7) *Lo spaziato è in sopralinea.* (8) A¹ : astensis (9) A. A¹ *agg.*: et

tem Alaxandrie (10) ire (11) ast uel albam (12) pro aliqua discordia quod deus aduertat teneatur et forciam habeat dandi conscilium et auxilium potestati uel rectori astensium uel albensium ad illam discordiam ad concordiam (13) reducendam. ad uoluntatem potestatis astensium (8) et albensium (14). et si non esset ibi potestas consul uel rector. Tunc potestas consul siue rector alexandrie teneatur regere ciuitatem ast et ciuitatem albe secundum capitula ciuitatis astensis et secundum capitula ciuitatis albensis quamdiu ciuitas ast et ciuitas albe fuerint ad regimen ordinate. et homines ciuitatis astensis. Jtem et homines ciuitatis albensis. Tunc teneantur obedire potestati consuli siue rectori alexandrie. et eius precepta in omnibus obseruare. Versa uice quod si oportuerit potestatem (15) ast et albe ire alexandriam pro aliqua discordia quod deus aduertat teneatur et forciam habeat dandi consilium et auxilium potestati uel rectori alexandrie ad illam discordiam ad concordiam reducendam ad uoluntatem potestatis alexandrie. et si non esset ibi potestas consul uel (16) rector. tunc potestas consul siue rector ast et albe tenea(n)tur regere ciuitatem alexandrie secundum capitula ciuitatis alexandrie quamdiu ciuitas alexandrie fuerit ad regimen ordinata. et homines ciuitatis alexandrie. Tunc teneantur obedire potestati consuli siue rectori astensium (17) et albensium (18) et eius precepta in omnibus obseruare. Et quod dictum est de citaynatico Jta intelligatur quod quelibet ciuitas faciat suas expensas per se et de suo ad suum libitum. Jtem comune ast et albe teneantur custodire. saluare gubernare. defendere et manutenere omnes homines qui sunt uel erunt de iurisdicione et posse comunis alexandrie. Versa uice. comune Alexandrie teneatur custodire saluare. gubernare defendere et manutenere omnes homines qui sunt uel erunt de iurisdiccione et posse comuniS (19) astensis et de iurisdiccione et posse comunis albensis. Jtem promittent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis ast et albe quod ement et facient equos et arma bona fide secundum quod ab eis fuerit pro comuni alexandrie postulatum et quod facient guerram a domo sua et a domo Alexandrie cum omni sua forcia faciendo exercitus et cabalcatas ad uoluntatem rectorum alexandrie qui pro tempore fuerint et alio modo sicut melius fieri potest guerra. illi homini et hominibus persone et personiS. ciuitati et ciuitatibus. loco et locis castro et castris. uniuersitati et uniuersita-

(10) A. A1: potestas alexandrie (11) R: irē (12) uel ast *è dopo* albam. *con richiamo a* ire (13) R: ad concordandaiam, *ma* anda *è cancellato.* (14) A1: albensis (15) A1: potestas (16) uel *è in sopralinea, su* sive *cancellato.* (17) A1: astensi (18) A1: albensi (19) F. 189 *v.* (20) ra *è*

tibus Cui uel quibus comune Alexandrie faciet et fecerit et cum (ali quo uel quibus guerram uel discordiam aliquo modo habuerit ubicumque cum A rectore uel rectoribus comunis Alexandrie eius uel eorum nuncio uel nunciis requisiti fuerint rector uel rectores comunis aste et comuniS albe donec guerra illa uel discordia durauerit (20). nec propter aliquod dictum uel factum quod posset dici fieri. uel excogitari ab aliqua persona aliquo modo uel aliqua occasione seu excussacione pretermittent quin (21) predicta omnia adimpleant et obseruent et attend a nt (22) secundum preceptum et precepta rectoris uel rectorum alexandrie qui pro tempore fuerint uel sui missi donec illa guerra uel discordia durauerit. Nec facient ipsi Astenses uel albenses pacem uel treguam uel guerram recreutam uel aliquod possum fraudulossum cum persona uel personis ciuitate uel ciuitatibus loco uel locis castro uel castris. vniuersitati et uniuersitatibus cum quibus comune Alexandrie guerram uel discordiam habuerit uel habebit. donec guerra illa uel discordia durauerit sine parabola et uoluntate rectoris seu rectorum Alexandrie data conscilio collecto ad canpanam toto uel maiori parte. Jn quo conscilio sint ad minus sine fraude uiri trescentum. Et si comune et homines ast et albe inceperint uel fecerint Guerram pro comuni Alexandrie ad postulacionem ipsius comunis Alexandrie contra aliquem hominem uel homines. Ciuitatem uel ciuitates. locum uel loca. Castrum uel castra. Uniuersitatem et uniuersitates Aut Contra comune et homines ast et albe (23) occasione Comunis et hominum Alexandrie incepta fuerit Aliqua Guerra non possint nec debeant comune et homines Alexandrie facere pacem uel treguam uel guerram recreutam seu possum fraudulossum sine uoluntate et parabola rectoris seu rectorum ast data cum conscilio ad canpanam uocato toto uel maiori parte Jn quo consilio sint ad minus sine fraude centum capita domus exceptis consciliariis de canpana et sine parabola potestatis albe data conscilio canpana collecto toto uel maiori parte Jn quo conscilio sint ad minus sine fraude. Centum uiri. Quod autem dictum est de guerra facienda a comuni ast et a c o m u n i (7) albe pro comuni alexandrie ita intelligatur ut comune et homines ast et Comune et homines albe Teneantur incipere Guerram et omnia facere ut supra dictum est. Si guerra incepta fuerit contra comune Alexandrie ab aliquo uel ab aliquibus infra quindecim dies postquam potestas rector uel rectores ast et albe requisitus uel requisiti fuerint A rectore uel rectoribus comunis alexandrie uel eorum nuncio uel

---

scritto in sopralinea su nu *cancellato.* (21) R: quin quin (22) *L'a spaziato è scritto in sopralinea, su un'* e *cancellato.* (23) *Segue cancel-*

nunciis. Si autem comune alexandrie guerram inciperet uel incepisset. contra. Aliquem uel Aliquos pro iniuria uel iniuriis Comuni alexandrie illata uel illatis uel dampno sibi dato in personjs (24) uel rebus. Tunc comune et homines ast Comune et homines albe teneantur incipere guerram et facere omnia ut supra dictum est Cum a rectore uel rectoribus comunis alexandrie uel eorum nuncio uel nunciiS fuerint requisiti. quam requisicionem in fraudem nullatenus euitabunt. nisi infra mensem a die requisicionis comune et homines ast Comune et homines albe fecerint comuni Alexandrie restitui et emendari iniuriam uel iniurias et dapnum sibi datum ad uoluntatem comunis Alexandrie. Et si comune Alexandrie uellet per se sine conscilio comunis ast et Comunis albe incipere guerram contra aliquem uel aliquos. Tunc comune et homines aste comune et homines albe non teneantur facere guerram pro comuni Alexandrie a domibus ast et albe. Set teneantur comune (25) alexandrie iuuare et guerram facere pro comuni alexandrie a domibus alexandrie et exercitus et cabalcatas facere ut supra dictum est ad uoluntatem comunis alexandrie. versa uice dictus potestas promittet nomjne (26) et uice comunis alexandrie de uoluntate tocius conscilii uel maioris partis per canpanam collecti quod emet et faciet equos et arma bona fide secundum quod ab eo fuerit a comuni astensium (17) et a comuni albensium (18) postulatum. et quod faciet guerram a domo sua et a domo astensium et a domo albensium cum omni sua forcia faciendo exercitus et cabalcatas ad uoluntatem rectorum ast et albe qui (7) pro tempore fuerint uel alio modo sicut melius potest fieri guerra. illi homini et hominibus persone et personiS Ciuitati et Ciuitatibus loco et locis. Castro et castris. Vniuersitati et uniuersitatibus cui uel quibus Comune astensium (5) et Comune albensium (6) facient et fecerint et cum quo uel quibus Guerram uel discordiam habuerint aliquo modo. ubicumque cum a rectore uel rectoribus comunis astensium (8) et Comunis albensium (14) uel eorum nuncio uel nunciis requisiti fuerint rector uel rectores comunis alexandrie. donec guerra illa uel discordia durauerit. nec propter aliquod dictum uel factum quod posset dici fieri uel excogitari. Ab aliqua persona aliquo modo uel aliqua occasione seu excusacione pretermittent quin predicta omnia et infrascripta adimpleant et obseruent (27) et attendant secundum preceptum et precepta rectoris et rectorum ast et albe qui pro tempore fuerint uel eorum missi donec guerra illa seu discordia durauerit. nec facient ipsi Alexandrini pacem uel tre-

---

lato: Jnceperint uel facerint Guerram (24) R: personjs *è corretto su* persona (25) F. 190 *r*. (26) R: nojе *è corretto su* noe (27) R: obsoruent

guam uel guerram recreutam uel aliquod possum fraudulossum cum persona uel personis. Ciuitate uel ciuitatibus loco uel locis castro uel castris. Vniuersitate uel uniuersitatibus. cum quo uel quibus comune astensium (5) et cum quo uel quibus comune albensium (6) Guerram uel discordiam habuerint et habebunt donec Guerra illa uel discordia durauerit sine parapola (*sic*) et uoluntate rectoris seu rectorum ast et Albe data conscilio collecto ad canpanam toto uel maiori parte in quo consilio sint ad minus sine fraude Jn aste centum capita domus cum alio primo conscilio canpane et Jn alba sint ad minus viri centum. Et Si comune et homines Alexandrie inceperint uel fecerint guerram pro comuni astensium (17) et albensium (18) ad postulacionem comunis astensium (8) et ad postulacionem comunis albe contra aliquem hominem uel homines. Ciuitatem uel ciuitates. locum uel loca. Castrum uel castra. Vniuersitatem et Vniuersitates aut contra comune et homines Alexandrie. occasione comunis et hominum ast et Albe Jncepta fuerit aliqua guerra. non possint n e c (7) debeant comune et homines ast et Albe facere pacem uel treguam uel guerram recreutam seu possum fraudulossum sine uoluntate et parabola rectoris seu rectorum comunis alexandrie data cum conscilio ad canpanam uocato toto uel maiori parte. Jn quo consilio sint ad minus sine fraude viri trescentum (28). Quod autem dictum est de guerra facienda a comuni alexandrie pro comuni astensium (17) et pro comuni albensium (18) ita intelligatur vt comune et homines alexandrie teneantur incipere Guerram et omnia facere ut supra dictum est si guerra incepta fuerit contra comune astensium (5) et albensium (6) ab aliquo uel aliquibus infra quindecim dies postquam potestas. rector seu rectores alexandrie requisitus uel requisiti fuerint A rectore uel rectoribus comunis aste et Albe uel eorum nuncio uel nunciis. Si autem comune astensium (5) et comune albensium (6). Guerram inciperint (*sic*) uel incepissent contra aliquem uel aliquos pro iniuria uel iniuriis comuni astensium (17) uel comuni albensium (18) illata uel illatis uel dampno eis dato in personis uel rebus. Tunc comune et homines alexandrie teneantur Jncipere guerram et facere guerram ut supra dictum est. cum A rectore uel rectori[*bu*]s comunis astensium (8) uel comunis albensium (14) uel eorum nuncio uel nunciis fuerint requisiti rector uel rectores comunis alexandrie. Quam requisicionem nullatenus euitabunt. nisi infra mensem A die requisicionis comune et homines alexandrie fece(29)rint Comuni astensium (17) et Comuni albensium (18) restitui et emendari iniuriam uel iniurias et da[*m*]pnum sibi datum ad uoluntatem comunis astensium (8) et ad uoluntatem comunis albensium (14). ET Si comune ast uel comune albe uellent per sese sine conscilio comunis alexandrie

Jncipere guerram contra aliquem uel aliquos. tunc comune et homines alexandrie non teneantur facere guerram pro comuni astensium (17). nec pro comuni albensium (18). a domibus alexandrie. Set teneantur comune ast et comune albe iuuare et Guerram facere pro comuni astensium (7)(17) et pro comuni albensium (18). a domibus astensium et a domibus albensium et exercitus et cabalcatas facere ut supra dictum est ad uoluntatem comunis astensium (8) et ad uoluntatem comunis albensium (14). Jtem promittent dicti potestates ast et albe eligere singulis annis tres uiros de ciuitate alexandrie qui tres iuramento teneantur per totum anni (30) circulum Audire peticiones et lamentaciones ciuiles et criminales omnes quas ciues ciuitatis ast et habitatores et homines Jurisdictionis ipsius. et quas ciues albe et habitatores et homines Jurisdictionis ipsius mouere uoluerint uel mouebunt. contra. homines de alexandria uel contra aliquem de iurisdictione alexandrie et eas secundum ius uel per conposicionem amicabiliter diffinire. A die mote questionis usque ad dies XL. condempnando reum qui fuerit condepnandus et ei in condempnacione decem dierum dilacionem dando quibus elapsis undecima die post sententiam teneantur predicti tres viri compellere condempnatum iurare de bonis suis manifestandis et sententiam exsecucioni mandare. hoc modo uidelicet ut primo satisfiat (31) creditori de rebus mobilibus. secundo de inmobilibus faciendo res inmobiles extimari per extimatores comunis et creditori dari in solutum tres deneratas (32) pro duobus denariis quod totum fiat et conpleatur infra alios decem dies. et liceat creditori conuenire prius quem uoluerit utrum debitorem aut fideiussorem. Et Si condepnatus non habuerit mobile uel inmobile uel aliquod aliud vnde creditori satisfieri possit teneantur predicti tres cognitores ponere condepnatum in banno et potestas rector siue rectores teneantur expellere ipsum de ciuitate et Jurisdictione alexandrie. de quo banno non exeat donec satisfecerit creditori. Debitor tamen condepnatus uel alius uice et nomine ipsius possit redimere res extimatas suo creditori et eas recuperari pro eodem precio infra Annum a die extimacionis facte. Et Si predicti tres uiri simul non poterint interesse illi cognicioni duo ex illis post expectacionem duorum dierum procedere teneantur. Et capiantur ab illis tribus pro censura siue Judicatura solummodo. denarii. XII ab utraque parte de libris illius monete. que fuerit petita cuius Judicature medietas perueniat in comune sue ciuitatis et alia medietas remaneat penes eos. E conuerso promitet dictus potestas alexandrie uice et nomine comunis alexandrie eligere singulis

---

(28) A[1]: trescenti (29) F. 190 *v*. (30) R: annum (31) primo *è scritto*

annis tres uiros videlicet duos de aste et unum de alba qui tres iuramento teneantur per totum anni (30) circulum Audire peticiones et lamentaciones ciuiles et criminales omnes quas ciues ciuitatis alexandrie habitatores et homines iurisdiccionis ipsius mouere uoluerint uel mouebunt. contra homines de aste et de alba uel contra. aliquem de iurisdictione ast uel albe et eas secundum ius uel [*per*] composicionem amicabiliter diffinire. a die mote questionis usque ad. XL. dies condepnando reum qui fuerit condepnandus. et ei in condepnacione decem dierum dilacionem dando. quibus elapsis undecima die post sententiam teneantur predicti tres uiri conpellere condepnatum iurare de bonis suiS manifestandis et sententiam exsecucioni mandare. hoc modo uidelicet ut primo satisfiat creditori de rebus mobilibus. secundo de inmobilibus faciendo res inmobiles extimari per extimatores comunis (33) et creditori dari in solutum tres deneratas (32) pro duobus denariis quod totum fiat et compleatur infra alios. decem dies. Et liceat creditori conuenire prius quem uoluerit debitorem uel fideiussorem. et si condepnatus non habuerit mobile uel inmobile uel aliquid aliud vnde creditori satisfieri possit teneantur predicti tres cognitores ponere condepnatum in banno et potestas rector siue rectores teneantur expellere ipsum de ciuitate ast et iurisdiccione et de ciuitate albe et (34) eius iurisdictione si fuerit de alba et eius iurisdictione de quo banno non exeat donec satisfecerit creditori. Debitor tamen (35) condepnatus uel alius uice et nomine ipsius possit redimere res extimatas suo creditori et eas recuperare pro eodem precio infra annum a die extimacionis facte. Et Si predicti tres viri simul non poterint interesse illi cognicioni duo ex illis post expectacionem duorum dierum procedere teneantur. Et Capiantur ab illis tribus pro censiua siue iudicatura solummodo. denarii. duodecim ab utraque parte de libris illius monete que fuerit petita. Cuius iudicature medietas perueniat in comune suarum ciuitatum pro rata et alia medietas remaneat penes eos.

Jtem promittent dicti potestates Ast et albe uice et nomine comunis ast et albe quod nullum canbium facient nullum saximentum Jn personis uel rebus hominum Alexandrie uel iurisdicionis (36) nec ab aliquo fieri permittent. nisi in persona uel rebus principalis debitoris uel fideiussoris et si factum fueri(n)t relaxabunt et absoluent uel relaxari uel absolui et restitui facient infra tercium diem ex quo super hoc a potestate uel rectore comunis alexandrie uel eius nuncio uel nunciis

---

dopo satisfiat, *con richiamo a* ut (32) A, A[1]: denariatas (33) F. 191 *r.*
(34) *Segue espunto*: de (35) A, A[1]: autem (36) R: iurisdicione (37)

fuerint requisiti. Et eodem modo promitet potestas Alexandrie uice et nomine comunis alexandrie quod nullum canbium faciet nullum saximentum in personis uel rebus hominum ast nec hominum albe uel iurisdiccionis (36) ast et albe nec ab aliquo fieri permitet nisi in persona uel rebus principalis debitoris uel fideiussoris et si factum fuerit relaxabit et absoluet uel relaxari absolui et restitui faciet infra tercium diem ex quo super hoc a potestate uel rectore comunis ast et albe uel eorum nuncio uel nunciis fuerit requisitus. Jtem promitent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis ast et albe habere et tenere bannitos et pro bannitis omnes illos qui a potestate uel rectore uel rectoribus comunis alexandrie fuerint banniti et eos expellere de ciuitate aste et iurisdictione et de ciuitate albe et Jurisdiccione albe infra tercium diem ex quo super hoc fuerint requisiti a potestate uel rectore uel rectoribus comunis alexandrie uel eorum nuncio uel nunciis et eos capere et potestati rectori uel rectoribus comunis alexandrie per se uel per alios ad hoc ydoneos consignare si tamen super hoc specialiter a potestate. rectore uel rectoribus (37) alexandrie uel eorum nuncio uel nunciis fuerint requisiti. quod quidem locum habeat solummodo de illis bannitis qui su[*n*]t uel erunt de ciuitate alexandrie uel iurisdiccione solummodo et quidem locum habeat in futuris bannitis tantum. Versa uice dictus potestas alexandrie uice et nomine comunis alexandrie promitet habere et tenere bannitos et pro bannitis omnes illos qui a potestate uel rectore uel rectoribus comunis astensium (8). uel a potestate uel rectore comunis albensium (14) fuerint banniti et eos expellere de ciuitate alexandrie et iurisdiccione infra tercium diem ex quo fuerit super hoc requisitus. a potestate rectore uel rectoribus comunis astensium (8) uel a potestate. rectore uel rectoribus comunis albensium (14). uel eorum nuncio uel nunciis et eos capere et potestati rectori uel rectoribus comunis astensium (8) uel potestati rectori uel rectoribus comunis albensium (14) per se uel per alios ad hoc ydoneos consignare: si tamen specialiter super hoc a potestate rectore uel rectoribus astensium uel albensium uel eorum nuncio uel nunciis fuerit requisitus quod quidem locum habeat solummodo in illis bannitis qui sunt uel erunt de ciuitate ast uel iurisdiccione uel qui sunt uel erunt de ciuitate uel iurisdiccione albe. et quod (7) quidem locum habeat Jn futuris bannitis tantum. Jtem prenominati potestates ast (38) et albe vice et nomine comunis ast et albe promittent eligere uel eligi facere singulis annis duos viros de Ciuitate alexandrie qui duo per totum anni (30) circulum cum duobus de ciuitate ast a potestate comunis

---

Segue cancellato: comunis (38) F. 191 *v*. (39) R: cum predictis duobus

alexandrie electis uel a rectore ad hoc specialiter iuramento teneantur audire. Cognoscere et diffinire secundum ius bona fide et sine fraude comuniter pro bono et ad Bonum utriusque ciuitatis omnes questiones et controuersias que mote fuerint uel mouebunt *(sic)* Jnter Comune ast et comune albe ex una parte. et comune alexandrie ex altera usque ad quadraginta dies a die mote questionis et controuersie coram eis. Tali modo quod prenominati potestates ast et albe non possint nec debeant aliquod preceptum facere predictis duobus circa predictam cognicionem et diffinicionem uel aliquod eis iniungere quod pertineat ad predictam cognicionem uel diffinicionem quin ipsi habeant liberam potestatem cum predictis duobus Audiendi (39). Cognoscendi et diffiniendi ut supra dictum est. E conuerso prefactus potestas alexandrie uice et nomine comunis alexandrie promitet eligere uel eligi facere singulis annis duos uiros de ciuitate ast. qui duo per totum Anni (30) circulum cum duobus de ciuitate alexandrie a potestate uel rectore comunis alexandrie electis ad hoc specialiter Juramento teneantur. Audire Cogno[*sce*]re et diffinire secundum ius bona fide et sine fraude pro bono et ad bonum comuniter (7) utriusque ciuitatis omnes questiones et controuersias que mote fuerint uel mouebunt *(sic)* inter comune alexandrie ex una parte. et Comune ast et albe ex altera usque ad XL. dies a die mote questionis et controuersie coram eis. Tali modo quod prefactus potestas alexandrie non possit nec debeat aliquod preceptum facere predictis duobus circa predictam cognicionem et diffinicionem uel aliquid eis iniungere quod pertineat ad predictam cognicionem et diffinicionem quin ipsi habeant liberam potestatem cum predictis duobus Audiendi. Cognoscendi et diffiniendi ut supra dictum est. Et si contingerit quod deus aduertat quod predicti. IIII.or circa sententiam dissentirent. nichilominus societas. unio. Citaynaticum firma permaneant et in suo robore perseuerent et omnia ista (*sic*) et infrascripta in perpetuum Jnuiolabiliter perseuerent et obserue[*n*]tur Jtem promitent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis ast et albe quod si comune Alexandrie fuerit (40) cum exercitu militum et peditum cum comuni ciuitatis astensis in quo exercitu ciuitas (41) Astensis sit cum exercitu militum et peditum sine comuni albe uel cum comuni albe. de omni lucro et preda quod et que peruenire poterit in forcia comunis Ciuitatis astensis uel comunis albensium (14). dabunt et consignabunt partem dimidiam tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint (42) ibi captj (43).

è scritto dopo audiendi, *con richiamo a* potestatem (40) *Segue cancellato*: in
(41) R: ciuitatis, *ma* ti *è espunto.* (42) R: fuerant (43) A, A1: caupti

Et si sola milicia Ciuitatis alexandrie fuerit cum Astensibus in exercitu Jn quo Astenses sint cum militibus et peditibus cum comuni albe uel sine comuni albe. Tunc dabunt et consignabunt Comuni alexandrie quartam partem tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint (42) ibi capti (43). Et si non tota milicia alexandrie set aliqui (7) milites uel pedites fuerint cum astensibus in exercitu. Tunc dabunt illis militibus et peditibus partem lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint (42) ibi capti (43) pro rata et numero uirorum. Versa uice promitet dictus potestas alexandrie uice et nomine comunis alexandrie quod si comune astensium (5) cum comuni albe uel sine comuni albe fuerit cum exercitu militum et peditum cum comuni ciuitatis alexandrie Jn quo exercitu Ciuitas alexandrie sit cum exercitu militum et peditum de omni lucro et preda quod et que peruenire poterit Jn forcia comunis ciuitatis alexandrie. Dabunt et consignabunt comuni astensium (17) et comuni albensium (18) uel comuni astensium (17) si comune albensium (6) ibi non fuerit partem dimidiam tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fueri[*n*]t ibi captj (44). Et si sola milicia Ciuitatis astensis cum milicia ciuitatis albe uel sine milicia ciuitatis albe fuerit cum Alexandrinis in exercitu Jn quo Ciuitas alexandrie sit cum militibus et peditibus. Tunc dabunt et consigna(45)bunt Comuni astensium (17) et albensium (18) si ibi fuerint quartam partem tocius lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint (42) ibi ca(u)p ti (7). et si non tota milicia astensium et albensium set aliqui pediteS uel militeS fuerint cum Alexandrinis in exercitu. Tunc dabunt illis militibus et peditibus partem lucri et prede et specialiter hominum qui fuerint (42) ibi ca(u)pti pro rata et numero uirorum.

Jtem promittent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis ast et albe quod si aliquis de alexandria uel iurisdiccione ca(u)ptus fuerit quod deus aduertat Jn seruicio Ciuitatis Astensis uel Ciuitatis albensis quod ipsi dabunt ei inscontrum si habuerint. in sua forcia de inimicis de quibus inscontrum conueniens possit ei dari et illum prius excucient de carcere et ei prius dabunt inscontrum quam suis. nisi Comune Alexandrie tot haberet de inimicis in sua forcia et uirtute de quibus posset ei dari inscontrum conueniens. versa uice dictus potestas Alexandrie uice et nomine comunis Alexandrie promittet quod si aliquis de ciuitate Aste et iurisdiccione. Aliquis de alba et iurisdiccione. ca(u)ptus fuerit quod deus aduertat in seruicio Ciuitatis alexandrie quod ipse dabit ei scontrum conuenienS si habuerit in sua

(44) captj *è corretto su* capta (45) F. 192 *r.* (46) A, A[1]: haberent

forcia de inimicis de quibus inscontrum conueniens possit ei dari et illum prius excuciet de carcere. et ei prius dabit inscontrum quam suis. nisi comune ast et albe tot habuerit (46) de inimicis in sua forcia et uirtute de quibus posset ei dari inscontrum conueniens.

Jtem promitent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis Ast et Albe quod si contingerit quod deus aduertat aliquem de ciuitate astensi uel iurisdiccione Aliquem de ciuitate albe uel iurisdiccione interficere uulnerare uel alio modo percutere uel aliter ei iniuriam facere Ciuem alexandrie uel aliquem de iurisdiccione alexandrie quod aufferent ei pro banno siue pro pena tantum quantum aufferent ei si predicta comissiset (*sic*) uel aliquod de predictis Jn Ciuem astensem (47) uel in aliquem de iurisdictione astensium (17). et ipsum eo modo punient et eadem forma qua punirent eum si predicta comississet uel aliquod (48) de predictis Jn aliquem Ciuem astensem uel in aliquem de Jurisdiccione astensium (17). versa uice dictus potestas Alexandrie uice et nomine comunis alexandrie promitet quod si contingerit quod deus aduertat Aliquem de alexandria uel iurisdictione Jnterficere uulnerare uel aliquo (49) modo percutere uel aliter ei iniuriam facere Ciuem astensem uel albensem uel aliquem de iurisdiccione astensium (17) uel albensium (18) quod aufferet ei pro banno siue pro pena tantum quantum aufferet ei si predicta comisisset uel aliquod (48) de predictis Jn Ciuem (50) alexandrie uel in aliquem de iurisdiccione alexandrie et ipsum eodem modo puniet et eadem forma qua puniret eum si predicta comississet uel Aliquod (48) de predictis Jn ciuem Alexandrie uel in aliquem de iurisdiccione Alexandrie. Eo saluo quod potestas alexandrie teneatur solummodo punire interfectorem secundum modum et formam astensis capituli de homicidio.

Jtem promitent dicti potestates Ast et Albe uice et nomine comunis ast et albe quod si contingerit aliquo casu quod aliquis uel aliqui nomine comunis alexandrie seu pro comuni alexandrie postularent conscilium per canpanam uel alio modo a potestate uel rectore astensium (17). uel a potestate uel rectore albensium (18). Tunc potestas seu rector Ciuitatis astensis. potestas seu rector ciuitatis albensis. teneantur. illud conscilium dare et Audire que preposita [*fuerint*] ab eo uel ab eis pro comuni alexandrie et ei uel eis responsionem facere in consilio si placuerit postulanti uel postulantibus. E conuerso potestas alexandrie uice et nomine comunis Alexandrie promittet quod si contingerit aliquo casu (51) quod aliquis uel aliqui nomine comunis

---

(47) A^1: Ciuitate astensi (48) A^1: aliquid (49) A. A^1: alio (50) A^1: Ciuitate (51) *Segue espunto e cancellato*: uel (52) F. 192 r. (53) R.

Astensium (8) uel pro comuni astensium (17) uel nomine comunis albensium (14) uel pro comuni albensium (18). postularent conscilium per Canpanam uel alio modo A potestate uel rectore Ciuitatis Alexandrie. Tunc potestas seu rector Alexandrie teneatur illud conscilium dare et Audire que preposita fuerint ab eo uel ab eis pro comuni Ast uel pro comuni Albe et ei uel eis responsionem facere in conscilio si placuerit postulanti uel postulantibus. Jtem promittent dicti potestates ast et Albe uice et nomine comunis ast et albe quod nullum contractum facient nullam societatem cum aliquo uel aliquibus qui contractus uel que societas ueniat in aliquo uel in aliquibus contra presentem concordiam (52) societatem et Citaynaticum. set si aliquem contractum uel aliquam societatem fecerint illum et illam facient salua presenti concordia societate et citaynatico et saluis omnibus capitulis pactis et conuencionibus que in hac societate continentur. E conuerso potestas Alexandrie uice et nomine comunis alexandrie promitet quod nullum contractum faciet nullam societatem cum Aliquo uel aliquibus qui contractus uel que societas ueniat in aliquo uel in aliquibus contra presentem concordiam societatem et Citaynaticum. Set si aliquem contractum uel aliquam societatem fecerit illam et illum (53) fecerit (*sic*) saluis presenti concordia societate et Citaynatico et saluis omnibus capitulis pactis et conuencionibus que in hac societate continentur. Jtem hoc Autum est in hac societate et Citaynatico quod Marchio Montisferrati non est ciuis Astensis uel (54) Ciuis albensis. nec ciuis alexandrie. Et promittent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis ast et albe quod comune ast uel comune albe Marchionem montisferrati uel eius filios uel heredes [*nullo tempore*] recipient in Ciuem uel habitatorem. Ciues uel habitatores Ciuitatis astensis uel Ciuitatis albensis. E conuerso potestas Alexandrie promitet uice et nomine comunis alexandrie quod comune Alexandrie Marchionem montisferati uel eius filios uel heredes nullo tempore recipient in ciuem uel habitatorem Ciues uel habitatores Ciuitatis Alexandrie. Jtem promitent dicti potestates ast et albe uice et nomine comunis ast et Albe quod destinabunt duos ambaxatores alexandriam eo tempore quo regimen de nouo mutabitur in alexandria. qui Ambaxatores habeant instrumentum huius concordie societatis et Citaynatici uel exemplum auptenticatum et super eo iuret presentibus illis potestas rector siue rectores alexandrie. versa uice potestas alexandrie uice et nomine comunis Alexandrie promittet quod destinabit duos ambaxatores ast eo tempore quo regimen de nouo mutabitur in ast qui ambaxatores

---

illam *è dopo* illum, *con richiamo a* fecerit (54) A, A[1]: nec (55) et so-

concordata infra spacium. xl. dierum predicti domini teneantur iuuare albenses. de illa uerra. perinde ac si albenses incepissent guerram illam conscilio predictorum dominorum ut dictum est. et e conuerso. Jtem predicta domina comittisssa. et domini teneantur. iuuare albenses contra astenses. et qualitercumque albenses contra astenses guerram haberent. de omnibus domibus eorum. et forciis. guerram astensibus facientes. et e conuerso albenses eis (12) contra astenses teneantur. et de ipsa guerra non possit aliqua parcium sine uoluntate aliorum parcium facere pacem nec treuam nec guerram recreutam. Jtem si quis alius exceptis supranominatis. et Jnfra uoluntate parcium istis (*sic*) nominatis fecerit iuramentum alii omnes ei uel eis teneantur in omnibus. sicut predictum est. Jtem si inter partes. Aliqua discordia oriretur per partem terciam concordetur. et si concordari non posset. tunc tercia pars teneatur adesse. et iuuare eam partem que meliorem haberet rationem. Jnsuper albenses in capitulo comunis albe anuatim facient contineri supra quod iurabunt consules siue potestates pro tempore existentes quod ipsi teneantur predictum pactum in omnibus et per omnia obseruare. et hoc pactum unitatis et concordie perpetuo obseruetur et ne obliuioni tradatur. sacramenta de tribus in tribus annis debeant renouari. Et hec ut supra leguntur dicta domina alaxia comittissa nomine predicti mainfredi. et Vbertus de montairono potestas consortiti. et dominus Villelmus de caaralio. et Cunradus de phylipo et Jacobus aduocatus de sarMatorio. et Arnaldus anima. et Mainfredus panparatus. et Vbertus de caruco. et blanchetus. et otto piola. Amedeus de scarMunda. et Sicardus garinus. et Rufinus de cairasco. et Villelmus de alba. et Ardeçonus de sarMatorio. et Anselmus balçanus de montefalcono. et arnaldus eius frater eorum nomine. et nicholaus de bubio nomine comunis albe promisserunt. et Jurauerunt in omnibus et per omnia prosequi et obseruare et attendere bona fide tactis sacrosanctis eua[*n*]geliis. Jnsuper obertus uercius. Obertus marescotus. villelmus de pruneto Mainfredus carencius. Rodulfus costancius. Johannes alleus. Robaldus de poblice. Raimundus faleth. Ogerius de morocio obertus de la strata. Caret. villelmus da li uo[*l*]ta. Rolandus de morocio. Jacobus faletht. villelmus crespus. Jacobus de turre. villelmus bonanatus ciues albenses Jurauerunt dare forciam. conscilium. et auxilium. potestati et consulibus albe pro tempore existentibus ut predicta per singula attendantur. Actum est hoc in monasterio sancti yfredi de cerueriis. Jnterfuerunt testes rogati. Jacobus lancauetula (*sic*) et barachinus de alexandria. henricus de pocapalea. Murutus. et Cunradus eius fratres. Otto de cloxono. Paçella de romaniso Magister segnorinus. Jbidem fea predictum pactum. et conuenciones in omnibus et per omnia ratas et

firMas habere promissit et Jurauit (13) Eodem anno. vi. Intrante. octubris. Dominus vgo de careto Albensium potestas uice et nomine comunis albe in pleno conscilio congregato insimul per campanam. uoluntate consciliariorum qui erant [*in*] conscilio nomina quorum Juferius scripta sunt promissit. et iurauit predictum pactum et conuenciones in omnibus et per omnia. obseruare. et Attendere bona fide. et Jnde domino vberto nomine predictorum dominorum quorum potestas erat et domino. vidoni de proçasco *(sic)* nomine. et vice dicti mainfredi nomine pignoris obligauit. omnia bona comunis albe. Nomina consciliariorum sunt hec. Johannes de riaçolio. Soldanus de ponte. henricus censol[*dus*]. Ogerius foaça. pignol. villelmus de masera. Jacobus treunus. Villelmus musus. Bonifacius clericata. Garellis. henricus recagnus. leo. Villelmus de arguello. Ottobonus si[*n*]ibaldus. Anselmus de montrexino. Sardus villelmus de raconisio. Jacobus craua. Johannes (14) censol[dus]. Obertus Marescotus. Opiço de raconiso. Ogerius balduinus. Bonifacius iudex. Petrus de niuileis Albertus natarellus. Rogerius cairoxus. Lorencius niellus. Mainfredus de rodo. Aicardus falopus. Villelmus de poblice. Opiço carbuxius. Obertus craua. Rogerius iudex. Bonifacius balcher. Ogerius bolsauinus (15). pellegrinus de affrica. villelmus de riualta. Rufinus de sancto Johanne. henricus milus. nicholaus nudusmento. Anselmus de marcenasco. SisMondus forMagarius. Tebaldus de braida. Anselmus cerratus. Simiom. Aicardus meexana. Opiço marescotus. Petrus. baxacanus. Villelmus cerratus. Mediuspes Girardus de strata. Jordanus de neueis. Jacobus paltrerius. Mascarus façi! Opiço malet. Bonifatius de neueis. Mainfredus nudusmentonus. Petrus Maçucus. Raimundus scarifus. Mainfredus loisus. Sicardus speciarius. Mainfredus de boxia. Bonetus sclasus. henricus follis. qui omnes iurauerunt dare forciam conscilium. et auxilium potestati. siue consulibus albe pro tempore existentibus ut predicta omnia obseruent et atendant. Actum est hoc albe Supra uoltas. Jnterfuerunt testes Bonifacius de gurino. Villelmus bonanatus. Opiço de strata. villelmus de pruneto. Rodulfus costancius. et plures alii. Eodem anno et Mense Jn fontaneis. henricus cignetus. et villelmus de cairasco predictum pactum et conuenciones in omnibus. et per omnia attendere iurauerunt. Et ego Alexander palatinus notarius rogatus tradidi. et Scripsi. *(nt)*..*(nt)*. *(nt)*. *(nt)*.

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius. Autemticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripsi. (*nt*).

---

(12) F. 199 *r.* (13) F. 199 *r.* (14) *Segue espunto*: J (15) bolsauinus *è corretto su* balduinus *mediante correzione parziale del primo* a *in* o, *cancellatura delle lettere* duinus *e sostituzione in sopralinea delle lettere spa-*

(16) (S. T.) Et ego Jacobus notarius exemplum huius autemptici uidi et legi et cognoui quod qui[c]quid continebatur Jn Jllo continetur et in isto et subscripsi : ⌐

(17) (S. T.) Et ego oto notarius aute[m]pticum istius exempli uidi et legi et cognoui quod quidquid continebatur (18) Jn illo continetur et Jn isto et subscripsi =

CCLXX. [5 o 6 dicembre 1217] (1).

De neueis et barbarisco (2).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XVII. Jndictione. v. quinto intrante decembris. die Mercurii. Jn castro neuearum. Presente Roberto de moracio de alba. viacio moneacio. petro curto. borello de neueis. dominus bonetus sclasus. et ottobonus de çocho ambaxatores missi a domino vgone de careto potestate albe. pro recipiendis fidelitatibus hominum illorum de cortasono. et pro intranda possessione omnium quorum illi de cortasono comuni albe uendiderant possessionem omnium que illi de cortasono. et dominus Mainfredus lança predicto comuni uen[*di*]derunt corporaliter intrauerunt. silicet castri et ville barbarisci et neuearum. et omnium que predicti dicto comuni uendiderunt. sicut in instrumento a me ottone facto notario continetur. et predicti de cortasono. silicet durantus et gota. possessionem omnium predictorum predictis ambaxatoribus donauerunt. et in ipsam ipsos intrare iusserunt. Et ego otto notarius Jnterfui et hanc cartam Scripsi (3). et exemplum Jstius aute[m]ptici uidi et legi et cognoui quod quidquid continebatur Jn illo continetur et Jn isto

(4) (S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autemticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et Jn isto scripsi.

(5) (S. T.) Et ego Jacobus notarius exemplum huius autemtici vidi et legi et cognoui quod qui[c]quid continebatur Jn illo continetur et Jn isto et subscripsi.

CCLXXI. [15 novembre 1217].

[*De cessione castri et ville Sancti Stephani de Monte acuto*].

(1) (S. T.) Anno domini. M.CCXVII. Jndictione v. Quod fuit die Mercurii. Jn medio nouembris. Jn presencia testium quorum nomina inferius scripta reperiuntur confessa. et Manifesta fuit domina Sarda

sieggiate. (16) F. 200 *r. Quanto segue è di altra mano.* (17) *Quanto segue è di una terza mano.* (18) R: continebatur continebatur

(1) *Il 5 novembre 1217 era di martedì, non di mercoledì. È dunque errato il giorno del mese o quello della settimana.* (2) *Il titolo è in margine, della stessa mano che scrisse il documento.* (3) *Quanto segue è di altra mano, cioè del notaio Ottone.* (4) *Ripiglia la scrittura del notaio Clocha.* (5) *Quanto segue è di altra mano.*

comittissa. et vxor domini vberti comittis de blandrato quod alienacio et contractus seu pactum quod dictus comes uir eius fecerat cum comune de alba. de castello. et Villa sancti stephani de monte acuto. quod ipse comes hoc fecerat uoluntate et Mandato dicte comittisse. et pacta seu contractus que dictus comes uir eius cum dicto comune seu cum hominibus Albe de supradictis loco. et hominibus eiusdem loci fecerat uoluntate. et precepto dicti comitis viri sui domino albexano bauduino. et bonefacio de neueis uice et nomine comunis albe. et hominum albe firMa et Rata semper habere. et tenere. et Jn contrarium de cetero nullatenus euenire. set semper inuiolabiliter obseruare promissit. dicta comittissa. et omne ius quod dicta comittjssa (2) in supradicto castello. et villa et hominibus eiusdem uille causa emptionis. uel Jure proprietatis. siue alio quouis modo. habebat uel Sibi pertinebat supradicto albexano et bonifacio uice et nomine comunis albe. consensu. et precepto supradicti comittis uiri sui qui ibi presens erat cessit ac dedit. Tali modo quod potestas albe. uel consules pro tempore existentes. et homines albe teneant atque possideant. et quicquid uoluerint libere et in alodio faciant. sine omni contradictione supradicte comittisse. et eius heredum. et omnium aliarum personarum. Jnsuper dicta comittissa precepto supradicti comitis uiri sui promissit supradicto albexano. et bonifacio. uice et nomine comunis albe dictum locum et homines eiusdem loci. Ab omni persona Jure defendere. et auctoriçare. et dampnum euictionis dicto comuni restituere. Si non ualeret. uel nollet defendere supra cunta sua bona. Actum est in castello porcilii. vbi fuerunt testes rogati. Jacobus de uicia. Otto de nouelle. Abbas iudex de cherio Vido faballis de cherio. Jacobus de purcilio. Nicholaus balduinus. et Ego Vilielmus qui uocor pignollis notarius interfui et rogatus scripsi. (S. T.).

(3) (S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius exemplum huius auptentici vidi et legi. et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. *(nt)*.

(4) (S. T.) Et ego otto. notarius. exemplum (5) huius autentici vidi et legi et cognoui quod quidquid continebatur Jn illo continetur et Jn isto et subscripsi =

(6) (S. T.) Cum ego Jacobus notarius cognouissem Jta esse uerum Subscripsi.

CCLXXII.

[7 gennaio 1219].

[*De placito Scapitarum*].

(1) (S. T.) Anno domini Millesimo. cc. xviiii. Jnditione vii. die lune

---

(1) F. 200 *v.* (2) comittjssa *è corretto su* comittassa (3) F. 201 *r.*

(4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Lo spaziato è in sopralinea.*

(6) *Quanto segue è di una terza mano.*

VII. intrante mense Januarij. Jn presentia testium nomina quorum inferius declarantur dominus Jacobus et Johannes scapita nomine eorum et nomine fratris eorum Girbaldi constituerunt dominum Vbertum de carruto et dominum Jacobum de frengo nuncium et ambaxatorem de placito quod comunis albe eos appellat promittendo quod quidcquid dictum Vbertum et Jacobum dixerint uel respondiderint (*sic*) in iamdicto placito firmum et ratum habebunt. Actum est hoc nouelli in castro iusta eclesiam. Testes ibi fuerunt uocati. Villelmus de capiteuille. Niger et Mainfredus foacia. Et ego Nicholaus de capiteuille notarius Sacri palacij interfui et r o g a t u s (2) hanc cartam (et) ScripSJ; (S. T.)

(S. T.) Ego Obertus de strata notarius palatinus exenplum huius autemtici uidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto ScripSJ .·.

(3) (S. T.) Cum ego Guillelmus bonanatus cognouissem ita uerum esse subScripSJ

(4) (S. T.) Cum Ego opicius notarius cognouisem ita uerum esse subscripsi.

CCLXXIII. [11 gennaio 1219].

[*De eodem facto Scapitarum*].

(1) (S. T.) Anno domini Millesimo. CC.XVIIIJ. Jnditione VII. Quod fuit. XI. intrante JanuaRio Presentia testium infraScriptorum dominus Mainfredus de busca suo nomine et nomine domini Raimundi de busca Vberti de reuello. Anselmi de mo[*n*]taldo. Blancheti et Amed[*e*]i de manciano partes curie inter comune albe et Johanne[*m*] scapita et Jacobo atque Girbaldo (*sic*) fratreS sui (*sic*) et filios quondam Gunfredi de nouello requisierunt et citauerunt (*sic*) pettitorie (2) vberto (*sic*) de carruto et Jacobo (*sic*) de frengo nuntij (*sic*) et anbaxatores Johanni[*s*] scapite Jacobi et Girbaldi fratres sui (*sic*). prout continetur in quodam publico instrumento composito a Nicholao de capiteuille notario eo tempore currente. M. CC. XVIII. Jnditione. VII. die lune VII. intra[*n*]tis Januarii: qui uenerant ad terminum statutum pro curia et Scapite (*sic*) silicet Johanne Jacobo et Girbaldo pro ipsis scapitis ut starent et audirent sententiam inter comune albe et i p s o s (3) scapitas. Actum albe in ecclesia Sancti (4) Siluestri (5) vbi fuerunt rogati testes dominus vido de

---

(1) *Muta di nuovo la scrittura, che ora è del not. Oberto de Strata.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea, di mano del notaio Bonanato.* (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 201 *v.* (2) R: penitorie (3) *Lo spaziato è in sopralinea, di mano del Bonanato.* (4) *Segue espunto*: Laur (5) Siluestri *è dopo* testes, *con*

nanfo. Bonifacio iudex. Nicholaus de codeuilla. Et ego Obertus notarius palatinus interfui et rogatus ScripSJ .·, *(nt)* ·.· *(nt)* ·.· *(nt)*

Jtem ego Obertus autenticum huius instrumenti composui et ScripSJ .·.

(6) (S. T.) Cum ego Guillelmus bonanatus notarius cognouissem ita uerum esse subScripSJ

(7) (S. T.) Cum ego opicius notarius cognovisem ita verum esse. subscripsi.

CCLXXIV. [2 novembre 1218].

[De procuratione domini Willelmi Marchionis de Ceua].

(S. T.) Anno domini Millesimo Ducentesimo. xviii. Jnditione sexta die ueneris. ii. intra[*n*]te nouembris. Jn presentia subScriptorum testium. Ego dominus Villelmus marchio de ceua constituo et ordino Willelminum filium meum procuratorem meum tali modo quod quidcquid dictus Villelminuus filius meus fecerit et ordinauerit cum domino Villelmo burro albensium potestate et cum comune eiudem ciuitatis firmum et ratum habere promito ac si illud in propria mea persona facerem. Actum in burgo cone vbi rogate persone ad testimonium fuere Henricus de riuo frigido Willelmus de ast. Girbaldus ferrerius. Et ego Bonus Johannes notarius (1) rogatus hanc cartam tradidi et ScripSJ .·,

(S. T.) Ego Obertus notarius palatinus exenplum huius autentici uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto ScripSJ. *(nt)* ·.· *(nt)* ·.·

(3) (S. T.) Cum ego Guillelmus bonanatus cognouissem ita verum esse SubScripSJ

(4) (S. T.) cum ego opicius notarius cogno(*n*)uissem ita verum esse subscripsi.

CCLXXV. [3 novembre 1218].

(1) *[De] Citainatico d[omini]. [Villelmi de Ceua]* (2).

§ Anno dominice natiuitatis Millesimo. ducentesimo decimo octauo Jnditione vi. die sabati. tercio die intrantis nouembriS. Jn alba supra uoltas in pleno consilio per canpanam pulsatam congregato Presentibus eciam pagano burro Rogerio de sedriano Sigibaldio de caraxono. Anselmo iudice Soldano de ponte Guillelmo cerrato. Oberto batalia de braida. Maenfredo de sa[*n*]cto Johanne testibus et pluribus alijs. Dominus Guilelmus burrus albensium potestas nomine ac uice comuniS albe

---

richiamo a Sancti (6) *Quanto segue è di altra mano.* (7) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Segue una parola raschiata.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.*
(3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 202 *r.* (2) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.*

Vniuersso conscilio uel maiori parte aprobante laudante confirmante ac consenciente recepit in ciuem albe dominum Guilielminum filium domini Guilelmi de ceua suo nomine et patriS sui ac fratrum suorum. Qui uero dominuS Guilelmus ipsum filium suum ad hoc suum constituerat procuratorem. promiseratque se firmum et ratum habiturum quicquid dictus filius suus in hoc faceret tamquam ipsemet in propria persona fecisset vt aparebat per instrumentum unum publicum Scriptum per Bonum Johannem notarium predicto anno et Jndicione die ueneriS. II. die intrantis nouembris. Qui uero dominuS Guilelminus suo nomine et patris sui ac fratrum suorum promiSit eidem domino Guilielmo potestati stipulanti nomine et uice comunis albe quod emet in alba tantas possessiones que excedent summam sexgintarum (*sic*) libRarum per infraScriptos terminoS Videlicet hinc ad Kalendas Januarii proximas promisit eidem domino Guilelmo albensium potestati. quod dabit. c. libras. in una domo et totidem in terra. et a kalendis proximis Januarii usque ad annum unum promiSit eidem potestati quod dabit in terra. cc. libras. et ab ipso termino usque ad alium annum proximum promiSit eidem potestati quod dabit in terra alias. cc. libras. Jtem promiSit eidem potestati quod ipse uel unus suorum fratrum stabit in alba cum uno socio guarnitos (*sic*) de milicia pro Guerra si comune albe se pro ipsa guerra incauallaret. nisi remanserit per licenciam potestatis uel consulum albe pro tempore existentium. et proinde non debeat aliquid habere a comuni pro scontro milicie nec pro expenssis. et non debeat dare aliquod fodrum in alba. Et Si comune albe faceret exercitum suum speciale. ipse uel unus suorum fratrum promiSit eidem potestati uenire in eo in seruicio comunis semel in anno cum. cc. peditibus et x. militibus et stare in ipso exercitu per. xv. dies inter ire et redire et proinde nichil debeat habere a comune pro expenssiS Jtem si comune albe faceret uel iret in expeditione uel caualcata sua propria promiSit eidem potestati quod ipse uel unus suorum fratrum ueniret in eo in (3) seruicio comunis bis in anno cum. xxv. militibus et quod stabit in qualibet. per. VIII. dies inter ire et reddire. et proinde nichil debeat habere a comuni. Jtem promiSit eidem potestati custodire et saluare vniuersos albenses in personis et rebus suis per totam suam terram. et eos defendere a quolibet per totam suam terram. Set si comune albe iret in exercitu uel caualcata siue expedicione non debet adiuuare comune contra astensem episcopum si episcopuS pro se et non pro alio haberet guerram cum comune albe. Eodem modo nec contra dominum Bonifacium

---

(3) *Lo spaziato è in sopralinea, di mano del Bonanato.* (4) F. 202 *v.*

de crauexana. nec contra dominum Ottonem de carreto. nec contra dominum Mainfredum lanceam. nec contra homines de burgo sancti dalmacij. nec contra homines de baennis. nec contra dominum Anselmum de batifolle. Jtem promiSit eidem potestati adiuuare et defendere albenses et eorum terram in terra albensium contra quamlibet personam preter contra imperatorem et contra dominum Otonem de carreto. Jbidem predictus dominus Gulielminus suo nomine et patris sui ac fratrum suorum tactis sacrosanctiS (4) euangelijS iurauit se omnia predicta attendere perpetuo et obseruare et firma ac rata habere Ex aduersso predictus dominus Guilelmus potestas nomine ac uice comunis albe promiSit eidem domino Guilelmino stipulanti suo nomine et patris sui ac fratrum suorum quod si ipse uel pater eius aut aliquiS suorum fratrum faceret exercitum suum specialem comune albe mitet in eo in eius seruicio. CC. pedites. et X. milites semel in anno qui in eo stabunt per. XV. dies inter ire et reddire. et proinde nichil debeant habere ab ipso domino Gulielmino uel eius patre siue fratribus suis pro expenSis. Jtem si dictus dominus Gulielminus uel pater eius aut fratres eius faceret uel iret in expeditionem siue caualcata sua propria comune albe mitet in eius seruicio. XXV. milites bis in anno qui stabunt in qualibet per. VIII. dies inter ire et reddire. et proinde nichil debeant habere ab eo uel patre suo aut fratribus suis. Jtem promiSit eidem domino Guilelmino quod custodiet et saluabit eum et patrem suum a[c] fratres suos et uniuerssos eorum homines in personis et rebus suis per totam terram albe. et eos defendet a quolibet per totam terram albe. Set si dictus dominus Guillelminus uel pater eius aud (*sic*) eius fratres iret in exercitu uel caualcata siue expedicione comune albe non debeat eos adiuuare contra homines alexandrie si comune alexandrie pro se et non pro alio haberet guerram cum eo uel patre suo aut fratribus suis. Eodem modo nec contra homines de baennis nec contra uasallos albe. Jtem promiSit eidem domino Guillelmino quod comune albe adiuuabit et defendet eum et patrem suum et fratres suos et eorum terram in eorum terra contra quamlibet personam preter contra imperatorem. et contra homines alexandrie. Jbidem predictus dominus Guilelmus potestas nomine et uice comunis albe iurauit ad sancta dei euangelia quod comune albe perpetuo atendet et obseruabit omnia predicta. et firma ac rata habebit. Preterea conuenerunt inter se quod dictus dominus Guilelminus eius pater aut aliquiS suorum fratrum non possit predictam domum uel terras uel aliquid eorum alicui persone albe uel extra albam dare in feudum uel in pignore nec alio modo alienare. nec eorum Godias nec ipsas godias Venderet. Et hoc pactum sequentes potestates uel con-

sules albe quolibet anno iurabunt atendere et obseruare et firmum ac ratum habere. et ipse dominus Guilelminus et eius fratres similiter quolibet anno iurabunt. Et hoc iuramentum omnes albenses et omnes homines illius domini Guilelmini et patris suis ac fratrum suorum modo ad presens iurabunt. E[t] de tribus in tribus annis per omnes predictos homines hoc iuramentum debeat refirmari. Et si quid de cetero adderetur uel melioraretur pro consensu et voluntate utriusque partis firmum sit et una pars alteri atendere et obseruare teneatur. Et si dicti dominus Guilelmus et eius fratres uenirent ad diuisionem uel res suas diuiderent non possint predictas possessiones ullo modo diuidere. set eos comuniter tenere et possidere debeant. Et albensis potestas uel consules qui pro tempore fuerint non possint nec debeant ipsas possessiones nec aliquid earum alicui in solutum dare nec alio modo eis auferre ocasione debiti quod ipse uel pater eius aut eius fratres alicui olim debuissent uel de cetero deberent. Vnde duo instrumenta eiusdem tenoris Scribi sunt rogata.

(S. T.) Ego Martinus qui dicor alamanus notarius palatinus hijS omnibus interfui et rogatus ScripSJ.

(S. T.) Ego Obertus de strata notarius autempticum huius instrumenti uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in ipso ScripsSJ .·. (nt) ·:· (nt) ·:· (nt)

(5) (S. T.) Cum ego Guillelmus bonanatus notarius cognouissem ita uerum esse SubScripSJ. (nt) (nt) (nt)

(6) (S. T.) Cvm ego opicius notarius cognouisem ita verum esse subscripsi.

CCLXXVI. [28 febbraio 1221].

[*De Juramento pactorum Albensium et Marchionum de Ceua*].

§ (1) M. CCXXJ. die dominico. Vltimo die mensis februarii. presentibus domino Jacobo pellucco iudice. et Robacastello ganbaro. et guilelmo marcellino et me Anselmo uulpe omnibus de mediolano. Jurauit dominus Abiaticus marcellinus potestas. Albe nomine comunis ipsius ciuitatis per suum tempus regiminis albe obseruare bona fide et sine fraude suprascriptam concordiam ad postulacionem factam per dominum leonum de zeua. et Guilielmum filios domini guilielmi de zeua. qui guilielmus filius naturalis est dicti domini guilielmi.

Jbique dicti dominus leonus et guilelmus pro sua parte. similiter iurauerunt.

---

(5) *Quanto segue è di altra mano.* (6) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Questo doc. è di mano diversa da quelli prec. e segg.*

CCLXXVII. [14, 15, 17 e 22 agosto 1223].

[*De*] *Citañatico* (sic) *Jllorum de Monteforte* (1).

(S. T.) (2) Anni domini. Millleximo. Ducentheximo. Viceximo tercio. Jndiccione vndecima. quod. fuit die lune. xiiij. intrante augusto. Jn nomine domini. nostri Amen. Jn ecclesia sancti siluestri. Jn pleno consilio more solito per canpanam congregato et uoluntate consiliatorum qui erant in eodem conscilio. Dominus Vbertus alarius et Anselmus boiarius et Henricus maior et Guillelmus mulacius et Rodulfus eius frater eorum nomine et nomine Jacobi de monte forte et Nicolai de louaçaneis ut dicebant. Jn presencia. domini leonardi uicecomitis albensium potestatis per sese et eorum heredes et homines in perpetuum constituerunt sese ciues albe. et promiserunt dicto domino leonardo uice et nomine comunis albe ut dictum est. facere parias comunis et ciuitatis albe. comuniter et soluere de cc. libris quocienscumque comune albe fodrum colligeret scilicet tantum pro soldo et libra quantum alii ciues in alba habitantes soluerent. et ad terminum eis a potestate uel consulibus albe iniunctum. Jtem promiserunt predicti domini dicto potestati nomine comunis albe facere exercitum caualcatam. subcursum per sese et eorum homines et ad fosata uenire quocienscumque comuni albe necesse foret. sicuti alii ciues in alba habitantes. Jtem promiserunt predicti domini ut dictum est. predicto potestati nomine et vice comunis albe. comune albe comuniter et diuisim et ciues albe omnibus locis secundum eorum posse. per sese et eorum homines custodire. iuuare. ualere ed defendere in personis et rebus. Jtem promiserunt dicti. domini ut dictum est dicto domino potestati uice et nomine comunis albe. per sese et suos heredes et eorum homines facere pacem et verram pro comune (*sic*) albe arbitrio conscilij (3) comunis albe. tocius uel ma(4)ioris partis de eorum castris et de eorum domibus et turribus contra omnem hominem et contra omnes personas preter contra Marchionem de monteferrato de eo quod tene[*n*]t pro dicto marchione Anselmus boiarius et Henricus maior et Jacobus de monteforte. et Rodulfus de verris et negociis specialibus ipsius Marchionis et preter contra marchionem de saluceis de eo quod tenent pro ipso Vbertus alarius et Nicolaus de louaçaneis et Jacobus et Anselmus et Henricus maior de verris et factis specialibus ipsius marchionis. Jtem promisserunt dicti domini ipsi potestati vice et nomine comunis albe castrum domos et Turres de monteforte red-

(1) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.* (2) *Ripiglia la scrittura del not. Capalla.* (3) conscilij *è corretto su* conscilio (4) F.

dere quocienscumque necesse foret comuni albe varnitas et scaritas et varnitum et scaritum saluis marchionibus predictis ut dictum est de monteferrato et de saluceis de eorum propriiS negociis et verris. finito uero negocio illo uel negociis pro quo uel quibus comune albe acceperat turres illas et domos et castrum. potestas uel consules albe pro tempore existentes ipsum castrum et ipsas reddere teneantur dominis. Tali modo quod predicti domini et heredes et homines eorum in omnibus et per omnia teneantur comuni albe ut dictum est et inferius continetur. sicuti antea tenebantur. Jtem promisserunt predicti domini ipsi potestati nomjne (5) comunis albe quod A modo non facient aliquod donum vendiccionem obligacionem seu aliam alienacionem uel aliquod aliud ulla ingenii subtilitate quod possit excogitari! de eo quod tenent in monteforte quod esset uel ueniret contra predictum datum citainaticum et promissionem uel quod inferet grauamen comuni albe et si contrafacerent non ualeret et esset cassum et irritum et nullius ualoris. Jtem promiserunt per sese et filios suos omnia precepta potestatis uel consulum albe pro tempore existencium facere et obedire in omnibus sicuti alii ciues in alba habitantes et sequitum potestatis uel consulum [*facere*] si requisiti fuerint saluo eo quod dictum est de marchione montisferati et Marchione salucearum. Jtem uoluerunt et eis placet predicti domini quod si comune albe adquirere posset aliquo modo pro comune albe uel pro eis a marchione montisferati uel a marchione de saluceis id quod tenent predicti domini per ipsos marchiones in monteforte quod comune albe possit et debeat adquirere. Eapropter prefatus dominus leonardus albensium potestas uice et nomine comunis albe in predicto conscilio per canpanam congregato et uoluntate omnium consciliatorum qui erant in eodem conscilio. recepit predictos dominos ut dictum est per sese et per dominum Jacobum et per nicolaum de louaçaneis et per eorum heredes et eorum homines in ciues albe et promisit eis nomine et uice comunis albe ipsos per sese et filios et homines eorum in ciues et pro ciuibus tenere et habere sicut alii (*sic*) ciues in alba habitantes. Jtem promisit eis ipse dominus leonardus uice et nomine comunis albe ipsos dominos per sese per filios et homines eorum iuuare. ualere defendere in personis et rebus locis omnibus de uarnimentis et aliis sicuti alii ciues in alba habitantes contra omnem et contra omnes personas et hominem preter contra homines de ast et saluis pactis et promissionibus illorum de ast. Et si propter hoc pactum citainaticum et promissionem ipsis dominis predictis de monteforte. aliqua verra oriretur

203 *v.* (5) nōjē *è corretto su* nōe (6) F. 204 *r.* (7) *Segue espunto:*

uel eis fieret predictus dominus leonardus albensium potestas uice et nomine comunis albe promisit eis ipsos exinde per sese et homines (6) eorum iuuare ualere et defendere et omnia vasta que propter hoc similiter ipsis uel eorum hominibus fierent per uerram uel per exercitum et caualcatam eis nomine comunis albe restituere promisit. Jtem promisit eis iuuare et valere ut eorum homines ad (7) uoluntatem ipsorum dominorum faciant et fiant et ne contra ipsos rebelles sint. Jtem si contingeret quod comune albe recuperaret monte[*m*]clerium ad dompneum et denariis promisit ipse dominus Leonardus nomine comunis restituere et dimitere Nicolao de louaçaneis partem suam quam solitus est ibi habere soluendo ipse Nicolaus pro ipsa parte tantum quantum erit conueniens et si comune ipsum sine nummis recuperaret uel haberet similiter ipsi nicolao dimitere partem suam sine denariis accipiendo et tenendo (8) ipse nicolaus ipsam partem in feudum senper a comune albe et pro comune. Jtem promisit dictus dominus leonardus predictis dominis nomine comunis dare et emere domum unam cum sedimine comuniter conuenientem in alba pro dicto citainatico. Tali modo ut ipsi predictam domum non possint vendere uel obligare seu alienare aliquo modo in totum uel in partem alicui sine uoluntate comunis albe et si comuniter facerent admitant predictam domum et reuertatur comuni et potestas uel consules non possint domum illam alicui ocasione debitorum dominorum predictorum de monforte in solutum dare uel uendere uel pignori obligare. Jtem de debitis que domini de mont e forte (9) dare debent in alba sicut dixerint potestas albe et prepositus de seralonga et mulacius solui debent et per illos terminos habentibus (10) cartas in eorum forcia et atendere in omnibus sicut dixerint. Jtem si aliquis uel duo ipsorum dominorum esse[*n*]t uel habitare[*n*]t in alba possi[*n*]t ire ad conscilium comunis albe et de conscilio esse si uoluerint iurando de credencia sicut alii ciues albe. Jtem promisit dictus dominus leonardus nomine comunis albe predictis dominis per sese et eorum heredes. poni facere in capitulo comunis omni Anno in perpetuum [*quod*] omnia predicta et infrascripta et que continentur in cartis illorum de monforto attendantur et obsaruantur (*sic*) predictis dominis de monforte et eorum heredibus. Hec omnia sicut dicta sunt per singula in omnibus et per omnia promisserunt et iurauerunt predicti domini silicet dominus Vbertus alarius. Anselmus boiarius. Henricus maior. Rodulfus et mulacius attendere et obseruare eorum nomine et nomine domini Jacobi et Nicolai de louaçaneis. prefato domino leonardo albensium potestati uice et no-

---

eorum (8) R: tenenendo (9) *Lo spaziato è in sopralinea.* (10) R:

mine comunis albe per sese et eorum homines. Alioquin promiserunt ei leonardo nomine comunis albe dare et soluere. Duo MM. *(sic)* marchas argenti. et inde omnia bona eorum et eorum homines obligauerunt ipsi potestati nomine comunis. tali pacto quod soluta ipsa pena (11) et prestita dicta pacta et citainaticum et promissioneS firmum firma et firmas (*sic*) remaneant. renunciantes omni iuri et legi quo se tueri possent ita quod in generali verbo quodlibet speciale intelligatur et contineatur. Versa uice dictus dominus leonardus potestas uice et nomine comunis albe promisit et Jurauit predictis dominis eorum nomine et nomine domini Jacobi et Nicolai de louaçaneis et uoluntate consciliatorum predictorum qui erant in eodem conscilio. Hec omnia predicta attendere et obseruare Alioquin promisit eis dare nomine pene. MM. marchas argenti et inde omnia bona comunis albe ipsis obligauit uoluntate consciliatorum et soluta pena dicta pacta et promissiones firmas *(sic)* remaneant renunciando omni iuri et legum auxilio quo se tueri posset. Nomina autem consciliatorum qui erant in eodem conscilio qui iurauerunt hec omnia predicta firma tenere et dare auxili(12)um et conscilium et forciam potestati et consulibus albe pro tempore existentibus ut predicta omnia et infrascripta atendantur et obseruantur (*sic*) predictis dominis de monteforte et eorum heredibus et hominibus sunt hec. Opicius bauduinus. Rodulfus constancius. Guillelmus de racunixio. Rollandus de morocio. Robaudus de poblice. Henricus censol[*dus*]. Bonetus sclassus. Rogerius cairoxius. Anselmus de çacara. Henricus de neuileis. Aicardus de uinculis. Jordanus de neueis. Mucio carbuxius. Jordanus occulus capre. Berguncius pugnus. Ansaldus de prioca. Bonus homo capalla. Henricus follus. Tebaudus de çoco. henricus ceratus. Guillelmus de poblice. Marro foacia Otto loterius. Vercius de poblice Jacobus natarellus. Albertus de iudice. Nicolaus de neueis. fulco ceratus. Jacobus de turre. Guillelmus de pruneto. Anselmus numentonus. Anselmus crescens. Jacobus fantinus. Moxetus de moxis. Ogerius cerratus. Obertus bellancius. Otto bauduinus. Guillelmus cerratus. Ottobonus sibaudus. Berguncius censol[*dus*]. Simiomus pitator. Barexius. Opicio maletus. Willelmus niellus. pacotus de morocio. Sicardus specialis. Petrus de riaçolio. Ogerius de punceis. Guillelmus aleum. Arnulfus scriba. Guillermus de valio. Guillelmus de palacio. Guillelmus bonanatus. Actum in alba in ecclesia sancti siluestri. vbi fuerunt rogati testes et conuocati. Guillelmus palius de ast. Johannes amicus. Malgaretus. Jacobus de populo iudex comunis albe. Rodulfus scriba comunis albe. Bergognus uicedominus de diano.

---

habentes (11) R: pena *è corretto su* pene (12) F. 204 *v.* (13) F.

Robaudus turcus de mançano. Otto piola de manciano. Minolus de mediolano. Jacobus bastardus putilie. Henricus de costamagna. Colunbus saltarius. Johanetus saraxinus. Eodem anno et mense et die Jn domo petri maçuchi. presentibus Arnardo *(sic)* de anima. Bergogno uicedomino de diano. Henrico de costamagna. Benedicto maingoto. Colunbo saltario. Gaudinello. Guillelmo cerrato. Rogerio cairoxio. (et) Testibus rogatis. Nicolaus de louaçaneis promisit et Jurauit dicto domino leonardo nomine et uice comunis albe dictum citainaticum et pactum et promissionem ut dictum est et sicut predicti alij promiserunt in omnibus et per omnia attendere et obseruare et quod ipsi fecerunt uel facient firmum et ratum tenere et habere nec ullo tempore in contrarium uenire in aliquo uel aliquibus. Alioquin promisit et iurauit ei pot[estati] nomine comunis dare pro pena. M. M. marchas argenti. et inde omnia bona sua ei obligauit nomine comunis. Eodem anno et mense. XV. intrante augusto. Jn pleno conscilio per campanam congregato et voluntate consciliatorum qui erant in eodem conscilio. Dominus leonardus vicecomes albensium potestas constituit et Ordinauit Berguncium pugnum sindicum comunis albe ad recipiendam promissionem et obligacionem a domino Jacobo de monteforte et aliorum *(sic)* qui non fecerunt sicuti fecerant alii. et qui[*c*]quid inde fecerit ipse Berguncius promisit firmum et ratum habere et tenere. Actum in alba in ecclesia sancti siluestri. vbi fuerunt rogati testes. Opicius balduinus. Johannes bassus. Guillelmus de ualio. Jacobus cuminus. Rogerius callossus *(sic)*. Eodem (13) anno et mense. XV. exeunte augusto. Jn castro Leuqui de ultra tanagro. Jn domo vberti alarii. Dominus Jacobus de monteforte promisit et Jurauit Berguncio pugno uice et nomine comunis albe predictum citainaticum pacta et promisiones ut dictum est et sicut predicti alii de monteforte (9) promisserunt in omnibus et per omnia attendere et obseruare et quicquid ipsi domini fecerunt uel facient firmum et ratum habere et tenere nec ullo modo in contrarium uenire in aliquo uel aliquibus. Alioquin promisit et iurauit ipsi berguncio nomine comuniS albe dare pro pena duo. milia marchas argenti remanentibus firmis pactis predictis citainatico et promissionibus. et inde obligauit ei nomine comunis. omnia sua bona. vbi fuerunt rogati testes Henricus de costamagna. Anselmus de qui[*g*]lano. Ardicio de castelleto. Henricus panalupus. Henricus bergognus. Rabinus rabinandus. Eo loco et die et Testibus rogatis. Henricus et Anselmus et Rufinus filii rodulfi de monteforte ipso Rodulfo uolente et presente. et Otto filius henrici maioris ipso Henrico presente et uolente. et Jacobus filius vberti Alarii ipso uolente et presente. Hec omnia sicut dicta sunt et sicut patres eorum promisserunt ipsi promisserunt et

Jurauerunt Attendere et obseruare in omnibus et per omnia et firma tenere nec ullo tempore in contrarium uenire. Eodem Anno et mense. x. exeunte augusto. Jn ecclesia sancte marie de castro montisfortis. Raimundus filius Anselmi boiarij de monteforte ipso Anselmo uolente et presente. hec omnia predicta sicut dicta sunt in omnibus et per omnia promisit et Jurauit attendere et obseruare et firma tenere nec ullo tempore in contrarium uenire. Vbi fuerunt rogati testes Arnaudus de anima. Henricus de costamagna. Jordanus puglanus. Guillelmus de racunisio. Sismundus ceratus. Rodulfus costancius Jacobus spata. Eo loco et die anno et mense. x. exeunte augusto. Dominus Jordanus puglanus de mançano et Arnaldus de anima. et Jacobus spata de baenis et Jacobus filius Obertarij de nouello pro (14) dictis dominis de monteforte promiserunt et iurauerunt domino Leonardo potestati albe uice et nomine comunis albe facere sic quod predicti domini de monteforte hec omnia predicta sicut dicta sunt in omnibus et per omnia versus comune albe attendent et obseruabunt et si ita non attenderent promiserunt et Jurauerunt dare et soluere dicto potestati nomine comunis albe. cccc. marchas argenti et inde omnia eorum bona et eorum homines ipsi leonardo nomine comunis albe pignori obligauerunt. renunciantes omni Juri et legum auxilio quo se tueri possent. Jnsuper dominus Willelmus marchio de ceua et Jordanus puglanus et Arnaudus de anima de mançano pro comune albe promisserunt predictis dominis de monteforte quod ipse dominus leonardus albensium potestas nomine comunis albe et comune albe hec omnia predicta sicut dicta sunt in omnibus versus predictos dominos attendent et obseruabunt et facere sic quod atendent et obseruabunt Alioquin promiserunt dare predictis dominis de monteforte et soluere. cccc. marchas argenti et inde omnia eorum bona et eorum hominum eis obligauerunt et Jta Jordanus puglanus. [*et*] Arnaudus de anima iurauerunt et promiserunt attendere et obseruare. Jbi fuerunt rogati testes. dominus Guillelmus comes de uigintimilio. dominus Willelmus seuencus. Robaudus turcus. Henricus de costamagna. viacius de uasco. Cairoxius. Willelmus de çuxono. Sismundus ceratus Rodulfus costancius. Guillelmus crispus. Guillelmus de racunixio.

ET EGO Guillelmus bonanatus notarius interfui his omnibus predictis et rogatus duo instrumenta uno tenore sic scripSJ ·,· (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(15) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ (16)

205 *r.* (14) *La* p *di* pro *porta la doppia abbreviazione di* pro *e di* pre

(15) F. 205 *v. Quanto segue è di altra mano.* (16) *Manca l'autentica del notaio Capalla, che trascrisse l'atto.*

CCLXXVIII. 13 gennaio 1225.

Renunciatio. fictorum illorum de braida. de 50 libris (1).

(S. T.) Anni domini. M. CCXXV. Indicione. XIII. quod fuit XIII. intrante Januario. Dominus (2) henricus de braida et Ogerius et Grenonus et Otto et Vbertus filius condam domini Robaudi de braida. Excepcioni non numerate pecunie renunciantes quietos se tenuerunt de ficto. L. librarum. quas comune albe eis dare debebat usque ad odiernum diem secundum quod continetur in instrumentis concordie. et specialiter de illis. L. libris quas habere debebant a comune ad terminum anni et regiminis domini pagani de petra sancta albensium potestatis. vnde absoluerunt dominum mafeum uicarium domini predicti pagani nomine comunis albe et comune albe. Actum supra uoltas sancti laurencii in alba. vbi fuerunt testes rogati Jacobus fantinus. Berguncius pugnus. Odinus de plobicis. Aicardus de uinculis. Henricus ceratus. Et ego Guillelmus Bonanatus notarius interfui et rogatus ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus autenticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto sic scripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*) . ,

(3) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsj. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

CCLXXIX. 22 marzo 1224.

[*De renunciacione comitum de Lomello pro realiis imperatoris*].

(S. T.) Anni domini. M.CCXXIIIJ. Jndicione XII quod fuit. X. exeunte marcio. presentibus testibus et rogatis. Jacobo cunrengo. Oberto capra. lafranco de poblicis petro burçono. Jn porticu Ogerii cerati Dominus Guifredus filius (1) domini Guillelmi comitis de lomello excepcioni non numerate pecunie renuntians quietum se tenuit de toto eo quod usque ad odiernum diem habere debebat a comune albe pro realiis imperatoris per se et patrem suum. et specialiter de quatuor. libris decem. solidis. quas habere debebat anno et termino domini leonardi uicecomitis albensium potestatis. et inde absoluit comune albe. Et EGO Guillelmus bonanatus notarius interfui et Rogatus ScripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

---

(1) *Nel margine sinistro, di mano del sec. XVI.* (2) R: Die (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus autenticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto sic scripSJ. *(nt) (nt) (nt)* .,

(2) (S. T.) EGO Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita verum esse. subscripsi. *(nt) (nt) (nt)*

(3) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCLXXX. [10 maggio 1219].

(1) [*De*] *Transactione* [*Albensium cum Henrico Marchione de Sagona et Gratapalea*].

Anno dominice incarnacionis. Millesimo. Ducentesimo [*decimo*] (2) nono. Jndictione VII. die veneris decimo die intrantis Madii. Jn presencia testium infrascriptorum Cum discordia uerteretur inter dominuM Carleuarium de oçano Albensium potestatem uice et nomine comunis albe ex una parte. Et dominum henricum Marchionem de sagona. et eius generum g[*r*]atapaleam ex altera occasione adquisicionis quam fecerant ipsi doMinus Henricus. et g[*r*]atapalea a Scapitis de rebus omnibus quas illi Scapite tenebant a comuni albe in feudum in nouello. Monteclero. pançolio. Turricella Montiforti (*sic*). Barolio. et Paierno et eorum territoriis. Quas Res predicto comuni accidisse tanquam contra consuetudinem feudi aliænatas (3) pronunciatum fuerat. Plạcuit demum vtrique parti illam discordiam transactione ut infra legitur sopire. Quapropter ipse dominus Henricus. et Gratapalea. eidem carleuario albensium potestati nomine predicti comunis finem et datum. et tocius eorum iuris remissionem nomine transactionis fecerunt nominatiue de omnibus rebus illis vniuersaliter. quas ipsi dominus Henricus. et Gratapalea. habent et possident. uel alius (4) pro eis. uel olim adquisierunt in locis superius nominatis. et castris. et eorum territoriis. fidelitatibus hominum cum omni honore. et districtu. Contile. et iurisdictione. et cum omnibus terris cultis et incultis. Pratis vineis Nemoribus. Siluis. Venacionibus Aucupacio[*n*]ibus.

---

(1) *La lacuna è in* R. (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 206 *r. Ricomincia la scrittura del notaio Anselmo Clocha. Manca il* (S. T.), *ma vi è il posto in bianco. La parola* transactione *è nel margine destro, di mano del sec. XVI.* (2) *Nel 1209 non correva l'Ind.* VII, *ma la* XII; *nè il 15 maggio era di venerdì, ma bensì di domenica. Invece l'Ind.* VII *è quella del 1219, in cui il 10 maggio era infatti di venerdì. Cfr. anche il doc. seguente e doc.* CXCIII. (3) *Il dittongo è in* R. (4) lius *è*

Aquatiis Pascuis. Piscacionibus (5). Rupibus. et Rupinis. et cum aliis rebus eis adiacentibus in predictis locis et castris et eorum territoriis nullo prorsus in se retento salua racione domini Willelmi Marchionis montisferrati. Quam si aliquando ipsi dominus Henricus et Gratapalea. uel eorum heredes adqui[*si*]erint in alodium promiserunt eidem Carleuario potestati nomine comunis. et ipsi comuni sese de ea simile datum. et cessionem facturos cedendo mandando. et dando eidem carleuario potestati nomine comunis albe omnia iura et Raciones (6). Actiones. et retentiones Vtiliter. et directe. realiter. et personaliter. eis henrico. et Gratapalea (*sic*) pertinencia et pertinentes in rebus et pro rebus superius nominatis. Jnsuper predictus henricus. et Gratapalea promiserunt eidem carleuario potestati nomine comunis se daturos ut Supra nominatur totum id quod de cetero adquirent in predictis locis et territoriis. Ad hec predicti henricus et Gratapalea simile datum et finem. et tocius eorum iuris remissionem fecerunt nomine transactionis predicto carlle[*ua*]rio. potestati nomine comunis de omnibus rebus illis quas habent. et possident. uel alius eorum nomine in locis. et Castris Nielle. Boçolasci. et Jn fidelitatibus hominum cum omni honore. et districtu. Contile et Jurisdictione. et cum terris. pratis et vineis. Nemoribus. Siluis. Cultis et Jncultis. Venacionibus. Aucupacionibus. Aquaciis. Pascuis et Piscacionibus. Rupibus et Rupinis et cum omnibus aliis. Rebus ipsis adiacentibus in predictis locis nullo prorsus in se retento constituentes sese predicti henricus et Gratapalea possidere uel quasi predictas res omnes nomine ipsius potestatis recipientis nomine comunis. volentes earum rerum possessionem et dominium. vel quasi in ipsum carlleuarium potestatem nomine comunis transferre. et ilico ipsi dominus henricus et Gratapalea omnes eorum homines ipsorum locorum ab eorum fidelitatibus absoluerunt. promittentes quod eas predicte potestati nomine comunis fieri facient. et se omni tempore defensuros res predictas ab omni homine iure et racione. et Jnde predicte potestati nomine comunis obligauerunt omnia eorum bona. Jnsuper ipsi dominus henricus. et Gratapalea fecerunt finem et datum predicto domino Carleuario nomine comunis de omnibus rebus eis pertine[*n*]tibus Jn murra. et proMiserunt predicti henricus et Gratapalea predicto Car(7)lleuario nomine comunis. de omnibus quod nichil adquirent a modo in manciano. et in barolio et pollencio. et ipsorum locorum territoriis sine uoluntate comunis albe. Eapropter predictus carlleuarius potestas nomine comunis promisit predictis henrico et Gratapaleæ (3) quod nichil adquiret a modo comune

---

riscritto su raschiatura. (5) R: Piscapionibus (6) Rac è *riscritto su*

albe in nouello. Montechero. Pançolio. Turricella Montiforti (*sic*) et paierdo (*sic*). et si adquiret quod dabunt (*sic*) predictis. henrico et gratapaleæ (3). et eorum filiis Masculis et feminis in feudum. Jtem promisit dictus Carlleuarius. nomine predicti comunis. quod bonam fidem habebit sine donacione sine dona (*sic*) ut Mulacius. et filius quondam Anselmi de monteforti. et filia otthonis curti quondam accipiant in feudum a predictis henrico. et gratapalea totum id quod tenent a comuni albe in nouello Monteclero. Pançolio. Turricella. Montiforti (*sic*). et paierno. et si comune albe. uel dictus henricus. et Gratapalea ita facere poterint: quod predictus Mulacius. et filius Anselmi de monteforti. et filia quondam ottonis curti predicta a predictis henrico. et Gratapalea in feudo uellint. predictus Carlleuarius potestas promisit: quod ipsiS henrico et Gratapalee (8) dabit in rectum. et Gentile feudum. secundum forMam inferius nominatam. et si caderent comuni Jn alodio: similiter eis dabunt. Jtem dictus carlleuarius potestas uice et nomine comunis albe finem. et alia fecit que continentur in scriptis ab alexandro notario factis. et Jnuestiuit dictos henricum. et gratapaleam per filios et filias per rectum feudum. et Gentile de dictis locis. et Castris. et Rebus superius nominatis. excepta murra. et Gratapaleam de arguello. et Caluençana. et fauxolo. Tali modo quod dictus henricus et Gratapalea. et ex eis descendentes Masculi et femine faciant ex isto feudo secundum Morem recti. et Gentilis feudi quicquid facere voluerint saluo omni iure et honore comunis albe. et rete[*n*]cto quod ·albenses possint facere. ex omni[*bus*] predictis locis. et Rebus pacem et Guerram omnibus personis. et contra omnes personas sine omni contradictione. Et ilico dictus henricus et Gratapalea fecerunt fidelitatem dicto carlleuario potestati uice et nomine comunis albe. iurantes quod semper erunt de cetero fideles comuni albe. et quod non erunt in conscilio. vel facto quod potestas uel consules albe pro tempore existentes uel albenses amitant vitam. uel membrum. uel sensum aut detrimentum aliquod paciantur in eorum personis. uel quod honor comunis albe diminuatur aut Malum eorum tractetur. et si sciuerint aliquam personam hoc facientem uel facere uolentem bona fide si poterint prohibebunt. aut potestati siue consulibus albe per se uel per suum nunctium quam cicius poterint nunctiabunt. et totam terram de qua comune albe est in possessione(m) uel vnde est saxitum. uel inuestitum. uel de qua inuestiretur. uel adquiret: a modo ratione Juuabunt eos bona fide defendere. et Manutenere. ad honorem. et utilitatem comunis albe et dicta castra. et loca munita atque

---

raschiatura. (7) F. 206 *v.* (8) R. Gratapalea (9) F. 207 *r.* (10)

scarita albensibus cum pro comuni fuerint requisiti: non uetabunt set pocius dabunt. Et hec omnia ut supra leguntur. Dictus carlleuarius potestas nomine comunis albe ex vna parte. et henricus. et Gratapalea ex alia promiserunt et iurauerunt attendere perpetuo. et obseruare et in contrarium non uenire. Actum albe in ecclesia sancti Laurencii. Jn plena concione. vbi fuerunt rogati testes dominus Guillelmus de ceua. Manuellis. et Benedictus fratres. Subaldus *(sic)* de caraxono. Caldera de monexilo. Arnaldus de anima. Willelmus de caaralio. Mainfredus panparatus. Coradus de phylipo. vulmanus de monexilo. quibus actis eodem die. et eciam presentibus Villelmo de ceua. et Manuello. et benedicto fratribus Villelmo de caralio. Vberto de montorono. Caldera de Monexilo. Brocardo supra uoltas sancti laurencii in pleno conscilio Dominus Carlleuarius potestas uoluntate omnium consciliariorum. et ipsis consciliariis iurantibus predicta omnia obseruare: confirMauit omnia Superius nominata. Eodem die et loco Similem datum. et finem. et tocius eorum iuris remissionem nomine transactionis fecerunt predictus henricus. et Gratapalea predicto carlleuario potestati nomine comunis albe de omnibus illis rebus quas habent. uel possident: uel alius eorum nomine: in loco. et castro Gorçenii. et Jn fidelitatibus hominum cum omni honore. et districtu contitu et Jurisdictione. et cum terris Vineis pratis. Nemoribus Siluis Cultis. et Jncultis. venacionibus aucupacionibus Aquaciis. Pascuis. et Piscacionibus. Rupibus et Rup[*i*]nis. et cum omnibus aliis Rebus ipsis adiacentibus in predicto loco. nullo prorsus in se retento constituentes predicti (9) henricus et Gratapalea se possidere uel quasi predictas res omnes. Nomine ipsius potestatis. recipientis nomine (10) comunis volentes earum rerum possessionem. et dominium uel quasi. in ipsum Carlleuarium potestatem nomine comunis transferre. et ilico ipsi dominus henricus et Gratapalea omnes eorum homines ipsius loci ab eorum fidelitatibus abso[*l*]uerunt. proMittentes quod eos ipsi predicte potestati fieri facient. et se omni tempore defensuros rem predictam ab omni homine iure et Racione. et Jnde predicte potestati nomine comunis obligauerunt omnia eorum bona. Postea uero dictus Carlleuarius potestas vice et nomine comunis albe. JnVestiuit dictum henricum. et Gratapaleam per filios. et filias per rectum. et Gentile feudum de Jamdicto loco. et castro. et Rebus superius nominatis ad ipsuM locum et castrum gorçenii pertinentibus. Tali modo quod dictus henricus. et gratapalea. et ex eis descen[*den*]tes Masculi. et femine faciant ex isto feudo secundum tenorem Recti et gentilis feudi quicquid facere uoluerint saluo omni iure et honore comunis albe. et Retento quod albenses possint facere ex predicto feudo et castro pacem. et guerram

omnibus personis. et contra omnes personas sine aliqua contradictione. et ilico dictus henricus. et Gratapalea fecerunt fidelitatem. dicto Carlleuario potestati vice et Nomine comunis albe. Jurantes quod de cetero erunt semper fideles comuni albe. et quod non erunt in conscilio siue facto quod potestas uel consules albe pro tempore existentes. Vel albenses amittant ui[*t*]am uel membrum. uel mentem. uel sensum aut detrimentum aliquod paciantur in eorum personis uel quod honor comunis albe diminuatur. aut Malum eorum (11) tractetur. et si sciuerint aliquam personam hoc facientem aut facere uolentem bona fide si poterint prohibebunt. aut potestati uel consulibus albe. per se uel per suum nuncium quam cicius poterint nunctiabunt. et totam terram de qua comune albe est in possessione(m). uel inde est saxitum. uel inuestitum. uel de qua inuestiretur. uel adquiret a modo racione Juuabunt eos defendere et manumittere (*sic*). ad honorem et utilitatem comunis albe. et dictum castrum et locum munitum. uel Scaritum albensibus cum pro comuni fuerint requisiti: non uetabunt set pocius dabunt. vbi fuerunt Rogati testes. Dominus frasus iudex. Bonetus sclasus. Rofinus iudex de Marcenasco. Et ego obertus de strata notarius his omnibus interfui et (12) Rogatus scripSi et (*nt*) S[ub] (*nt*) S[cripsi] (*nt*)·

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto ScripSJ nichil addens uel minuens preter litteram. Silabam uel punctum quod mutaret Significacionem

CCLXXXI. [10 maggio 1219].

(1) *Pacta. inter d[ominum] henricum Marchionem sagone et Comune Albe* (2).

(3) Anno dominice incarnacionis. Millesimo ducentesimo decimonono. Jndictione. septima die veneris. x. Jntrantis Madii. Jn nomine domini. Tale pactum factum est inter dominuM h[*en*]ricum Marchionem Sagone. et eius generum gratapaleam ex una parte. et dominum Carlleuarium de oçio (*sic*) potestatem albe vice et nomine comunis albe ex alia. videlicet quod dictus henricus et gratapalea promiserunt iuuare defendere saluare custodire et Manumittere (*sic*) per se. et per omnes eorum homines de omnibus eorum locis et castris. et Villis homines albe contra omnes alias personas. et ciuitates. et loca et si contingeret quod dominus Otto de careto nollet albenses ire per stratam suam aut prohiberet: aut Vltra pedagium consuetum in ea ab eis

---

R: nomine nomine (11) *In* R *pare* coram (12) R: intfujret, *colla* j *corretta sopra una* e

(1) F. 207 *v.* (2) *Il titolo è nel margine sinistro, di mano del sec. XVI.*

aliquid acciperet uel iniuria fieret ullo modo ab aliqua persona. tunc ipse henricus et gratapalea promiserunt eis dare stratam per eorum terram ab exitu poderii albe usque ad mare. et promiserunt albenses tenere Saluos et Securos in personis. et Rebus per ipsam stratam habendo a transeuntibus per ipsam stratam tantumdem pedagium quantum per stratam domini Ottonis capi solebat tantummodo et non ultra. et si transeuntes per stratam illam ab exitu poderii ciuitatis albe usque ad mare aliquid admitterent (4) aliter quam furtiue Jpse henricus. et Gratapalea promiserunt in integrum restituere. Jtem dicti henricus. et gratapalea dederunt potestatem albensibus. quod eis liceret capere homines astenses per totam eorum terram ubique et omnes hostes comunis albe. viceximo die postquam albenses eis denunctiauerint quod eos defiderent. et Jpsi henricus. et gratapalea. et eius homines illud idem facere debent cum a potestate uel consulibus albe pro tempore uoluntate Albensium conscilii per campanam congregati: exinde fuerint requisiti. Jtem liceat albensibus capere astenses homines per terram domini ottonis de careto. et stratam Rumpere astensibus. Si astenses uel dictus dominus otto in ipsa strata albenses offenderent uel stratam eis Rumperet (*sic*). hoc Idem dictus henricus. et gratapalea facere debent. Jtem dictus henricus. et Gratapalea promiserunt quod non facient pactum. uel concordiam aliquam cum astensibus. nec eis dabunt seu uendent obligabunt. vel aliquo modo alienabunt. uel per feudum accipient de terra sua àbsque uoluntate potestatis. uel consulum albe. et tocius conscilii per canpanam congregati. uel maioris partis. uel alicui persone per quam crederent. uel crederetur quod ad Manus astensium peruenirét uel dominium. Predictus vero carlleuarius vice et nomine comunis albe promisit iuuare defendere et saluare. et Manutenere dictos henricum. et Gratapaleam. et eorum homines contra homines astenses. et contra omnes alios homines. Jtem dominus Carlleuarius potestas vice et nomine comunis albe dedit potestatem predicto domino henrico. et Gratapalee. quod eis liceret capere in alba. et per totam terram albe vbique homines astenses. et omnes hostes dictorum henrici et Gratapalee. viceximo die postquam eis denunciauerint quod eos difideret. et albenses ill[*u*]d idem facere teneantur cum a predictis (5) henrico et gratapalea fuerint requisiti. Jtem predictus Carlleuarius potestas nomine comunis albe promisit quod albenses non facient. pactum uel concordiam aliquam cum astensibus absque voluntate ipsorum domini henrici et gratapaleæ (6). Et si contingeret quod occa-

---

(3) *Manca il* (S. T.) (4) *Lo spaziato è in soprulinea.* (5) R: cum a

sione aliquorum supradictorum. uel alio aliquo modo guerra oriretur uel fieret ipsis henrico. et Gratapalee. uel albensibus ab astensibus. uel ab alio. predictus dominus Carleuarius potestas nomine comunis albe. promisit infra. xx. dies Guerram [*inire*] ab omnibus domibus et forciis suis. cum his qui guerram facerent. uel inciperent dictis henrico. et Gratapalee. Eodem modo dictus henricus. et gratapalea. et eorum homines pro (7) albensibus facere teneantur. et promiserunt inire guerram infra. viginti dies ab omnibus domibus et (8) forciis suis omnibus personis qui Guerram facerent. uel inciperent albensibus uel qui stratam albensibus rumperent. et quod neutra pars sine consenssu. et voluntate. Alterius de illa Guerra faciet pacem. uel treuam. uel guerram recreutam. uel possam in fraude. Jmo sese bona fide iuuabunt. Jtem predictus Carlleuarius nomine predicti comunis promisit quod albenses non facient nouum pedagium. uel Malto[*l*]tam. uel nouam consuetudinem contra homines dictorum henrici. et gratapalee. Jnponere uel assuesscere. Aliquo modo. hec omnia dicti henricus. et gratapalea. ex una parte. et Carleuarius potestas uice et nomine comunis albe ex alia promiSerunt inter sese uicissim stipulati[*oni*]bus attendere. et exequi. et obseruare semper in perpetuum. et Jurauerunt Saluo domino imperatore. et saluis conuencionibus quibus utraque pars tenetur alexandrie. Preterea dicti henricus. et Gratapalea excipiunt inde Januenses. et Saluo eo quod non possint [*guerreare*] dominum Ottonem de terra quam non tenent ab albensibus. nisi quando dictus otto guerram. haberet cum albensibus. Jtem homines albenses excipiunt homines de baienis. hec omnia qualiter Supra legitur dictus henricus et gratapalea bona fide iura[*ue*]re in i[*n*]tegrum attendere et obseruare facient omnes suos homines nisi parabo[*la*] uel absolutu potestatis albe uel obliuione. uel iusto impedimento reMa[*n*]serit. et e conuerso. dictus dominus Carleuarius potestas vice et nomine comunis albe Jurauit in i[*n*]tegrum attendere faciet Ciues suos. nisi parabola. uel absolutu predicti henrici et gratapaleæ (1) uel obliuione. uel iusto impedimento reManserit. Jtem predictus Carleuarius potestas nomine predicti comunis promisit. et Jurauit. quod ipse nec comune albe. non recipiet aliquem ex hominibus hen[*ri*]ci et gratapalee sepedicti in ciuem. et habitatorem albe. Jtem predictus Carleuarius potestas uice et nomine comunis albe promisit et iurauit quod ipse nec comune albe. non faciet aliquod pactum siue conuentum cum domino Ottone de carreto. et domino Vgone. et filiis eorum sine voluntate predic-

---

predictis cum a predictis (6) *Il dittongo è in* R. (7) R: p, *col taglio orizzontale, che significa realmente* per; *ma in questo caso il senso impone*

torum henrici. et Gratapalee. Eodem modo dictus henricus et Gratapalea promiserunt. et Jurauerunt quod non facient aliquem (*sic*) pactum siue conuentum cum domino Ottone de careto. et domino vgone. et eorum filiis Sine uoluntate comunis albe. Et tamen saluo quod liceat predictis henrico. et Gratapalee (6) sese concordare cum dictis Ottone. et vgone de facto Montisclari (9) et saluo quod si concordia fieret de Monteclaro: fiat saluis pactis et conuencionibus Supradictis. et Infrascriptis. et eo addito quod non liceat albensibus facere Juram cum aliquo homine. Marchione comite. Ciuitate. neque pactum nisi saluis predictis pactis. et e conuerso non liceat predictis Henrico et Gratapalee facere Juram cum aliquo homine comite Ciuitate neque pactum nisi saluis predictis pactis. Jtem dictus carlleuarius potestas nomine (10) comunis promisit et Jurauit quod dabit operam bona fide. ut albenses uadant ad forum gorçenii cum fuerit ordinatum. Jtem dictus Carleuarius potestas nomine predicti comunis fecit finem et Juris remissionem. predictis henrico. et Gratapalee. de toto eo quod comune albe posset petere ab eis occasione adquisicionis facte in nouello. Monteclero Pançolio. Turricella. Monteforti. Paierno. et barolio. A Scapitis. pro eo quod ipsi henricus et Gratapalea intrauerunt predicta loca occasione predi[c]te adquisicionis et saluo quod propter hoc non generetur preiudicium fini et dato de eis rebus predicto henrico. et gartapalee (*sic*) a dicto Carleuario potestate nomine comunis. Jtem predicti henricus. et Gratapalea. proMiserunt et Jurauerunt. quod non dabunt operam. nec facient. quod maior strata quam solita erat a tribus annis preteritis supra: uadat per braentinum. neque constrin-(11)gent aliquem ire sine uoluntate albensium. et similiter proMisserunt et Jurauerunt uetare ad uoluntatem comunis albe. Jtem dictus Carlleuarius potestas nomine comunis albe promisit. et Jurauit defendere. et tueri dominuM henricum. et gratapaleam. et filios et filias. et eorum homines. et totam eorum terram feudus (*sic*) et alodia contra qua[*m*]libet personam. Saluis eis qui superius excipiuntur. Que omnia ut superius leguntur. predictus henricus. et gratapalea ex una parte. et predictus carlleuarius uice et Nomine comunis ex alia uicissim vna pars alteri promiserunt et Jurauerunt perpetuo obseruare et Jn contrarium aliquo tempore non uenire. Actum est hoc albe. Jn ecclesia sancti laurencii in plena concione. vbi interfuerunt rogati testes. dominus Willelmus de ceua. et Manuellis. et Benedictus fratres. Subaldus (*sic*) de caraxono. Caldera de monexilo. Arnaldus de anima.

---

che si legga pro (8) F. 208 *r.* (9) Montisclari *è corretto su* Montischari (10) R: nominis (11) F. 208 *r.*

Willelmus de caaralio Mainfredus panparatus. Cunradus. de phjlipo. Vulmanus de monexilo. Et ego obertus de strata notarius palatinus interfui. et Rogatus hoc instrumentum conposui. et ScripSi. *(nt)* *(nt)* *(nt)*.

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autempticum huius exempli vidi et legi. et prout in eo continebatur ita et in isto Scripsi. Nichil addens. uel Minuens preter literam. uel Silabam. uel pu[*n*]ctum quod Mutaret Significacionem. *(nt)* .

CCLXXXII. [6 giugno 1219].

[*De*] *Neueis. Trezio. et Barbarisco* (1).

(2) Anni domini. Millesimo Ducentesimo Nono decjmo. Jndictione. vii. quod fuit die Jouis vi. Jntrante iunio. Otto ribaldus de barbarisco ciuis astensis ante solucionem dedit et Cessit atque Mandauit. domino Carleuario de oçano albensium potestati uice et nomine comunis albe omnia Jura et actiones Reales. et personales utiles et directas que quasue habebat uersus quondam Bonifacium de reuello. et eius heredes. et sua bona. et heredes henrici di reuello et eius bona. et versus Valfredum. et Willelmum de reuello. et eorum heredes. et eorum bona. et presertim Jn omnibus rebus quas ipsi bonifacius. et filii uisi fuerunt habere. uel habuerunt iu neueis. et treço et barbarisco. et consortito. et prout continetur in instrumento per Manus Guillelmi notarii. m. c.xcviii. Jndictione. prima. die lune in Kalendis decembris et sicut continetur in instrumento alio facto per Vidonem notarium. Anno domini. m. cxciii. Jndictione. xi. die veneris iiii. Kalendas. Nouembris. et prout continetur Jn alio instrumento facto per Anselmum clocam. (3) v. Jdus Junii Jndictione. xv. et prout continetur in alio instrumento facto per iacobum uetulum. m. ccii. Jndictione v. die dominico vii. kalendas. Junii. Jtem cessit ac dedit atque Mandauit dictus Otto Ribaldus predicto Carleuario. uice ac nomine comunis albe omnia Jura et actiones Sibi pertinentes et pertinencia. occasione possessionis et possessionum Sibi adiudicate seu adiudicatarum date seu datarum per osbertum iudicem. et Vuillelmum saluaticum. prout continetur in instrumento facto per vbertum Medicum m.ccxiiii. Jndictione. ii. die dominico. xii. Jntrante. Octobris. et

---

(1) *Il titolo è nel margine sinistro, di mano del sec. XVI.* (2) *Manca il* (S. T.) (3) *La lacuna è in* R; *ma osservando che si tratta di un doc. dell'ind.* xv, *posto tra uno del 1193 e un altro pel 1203, si può stabilire che il tratto mancante dovrebbe supplirsi:* Anno domini mcxcvii. (4) F.

prout continetur in alio instrumento facto per Manus Guillelmi tortoni. M. CCXIIII. Jndictione (4). II. die lune. VI. kalendas. Nouembris. et prout continetur in alio instrumento facto per Manus W[illelm]i. tortoni. M.CCXV. Jndictione. III. IIII. Kalendas. decembris. et prout continetur in alio instrumento facto per Manus. W[illelm]i. tortoni M. CCXIIII. Jndictione. II. die Jouis. X. kalendas Nouembris et postea confirmate per petrum notarium. et per petrum de Moneta. prout continetur in alio instrumento facto per Marchixium Musum. M.CCXV. Jndictione III. die veneris. X. kalendas. Februarii et prout continebatur in aliis instrumentis occasione dicte possessionis seu possessionum (5) factis. Jta ut de cetero ipse Carleuarius nomine comunis albe. et comune albe sit loco ipsius otthonis ribaldi in omnibus. et per omnia. et A modo ex ipsis iuribus ipsisque actionibus ita pos[*sit*] et valeat uti Agere. et experiri. defendere explicare se tueri contra predictos heredes dicti bonifacii. et henrici. et valfredi. et Guillelmi. et contra eorum bona. et Jn omnibus predictis quemadModum dictus otto poterat. et Jurans dictus otto se non fecisse (dictus otto) de predictis in toto. uel in parte. cessionem aut datum alicui. et si aliquo tempore reperiretur contra hoc fecisse: et dictum comune propter factum aut datum ipsius ottonis euictionem uel lexionem. uel dampnum pateretur in aliquo: predictus otto in integrum resarcire dicto potestati nomine comunis albe promisit. et Jurauit obligando ei nomine comunis albe omnia sua bona. Et si dictus otto aliquam possessionem habebat occasione predictorum constituit se possidere: nomine ipsius potestatis uice et nomine comunis albe cedendo et transferendo dicto Carleuario nomine comunis albe quicquid ipse otto habebat aliquo modo in neueis Jn barbarisco treçio. et in eorum territoriis. et Jn consortito nil omnino in se retento. Jtem fecit finem. et Refutacionem. et pactum de non petendo de omni iure quod ab ipso comuni albe uel ab alio pro eo petere posset. seu poterat occasione fructuum: et reddituum perceptorum (6) uel percipiendorum ex dictis rebus. Jtem fecit finem. et refutacionem. et pactum de non petendo de racione banni (7) seu pene cui ipsuM comune subpositum fuisse dicebatur per iudices delegatos a domino Frederico Rege. siue per ipsuM dominuM. Fredericum. (et) occasione predictorum debitorum de quibus in prenominatis instrumentis superius mencio habita est. Qui namque otto ribaldus proMisit. et Jurauit Sub ypotheca rerum suarum eidem carleuario potestati uice. et Nomine comunis albe ita quod

209 *r*. (5) R: possessessionum (6) *Il primo* p *di* perceptorum *porta la doppia abbrev. di* per *e* pre; *ma la seconda è cancellata.* (7) R: banna

predicta omnia superius distincta perpetuo obseruabit. nec contraueniet aut faciet in toto uel in parte de fato uel de iure. Quibus omnibus peractis confessus fuit ipse otto Sibi plenarie satisfactum fuisse de predictis omnibus ab ipso potestate. vice et nomine comunis albe renunctiando exceptioni non nuMerate pecunie. Actum in barbarisco in ecclesia sancti donati. ybi fuerunt Rogati testes dominus Frasus iudex potestatis. Archipresbiter de neueis. Citatus sacerdos. Robaldus Scriba de neueis. Nicholaus et Guillelmus de barbarisco. Wi[llelmus]. bauu[*i*]lus. henricus bellinus. Nicholaus qualia Johannes bassus. W[illelmu]s ceria (8) Ogerius turcus. Otto roba. W[illelmus]. cotus. Et ego Guillelmus bonanatus notarius his Jnterfui et Rogatus Scripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*).

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autempticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et Jn ipso (*sic*) scripsi. Nil addens uel Minuens preter litteram uel Silabam uel pu[*n*]ctum quod Mutaret SignificacioneM. (*nt*).

CCLXXXIII. [6 giugno 1219].

(1) *Confessio de f.* (sic) *50. auri sol. per Comune Albe Ast etc.* (sic) (2)

Anno domini M.CCXVIIII. Jndictione. VII. Quod fuit die Jouis. VI. Jntrante. Junio. Otto Ribaldus de barbarisco ciuis astensis. fuit confessus et contentus Sibi bene fore satisfactum. A domino Carleuario. de Oçano albensium potestate. Vice. et Nomine comunis albe. exceptioni non numerate pecunie Renunctians. de libris. L. auri. et de omni alio banno dicto comuni inposito. pro sua contingenti porcione (3) pene que uel quod comissa. uel commissum erat. seu commissa. uel commissum dicebatur contra dictum comune occasione commisionis. uel commisionum facte uel factarum Jnpetrate seu inpetratarum ad osbertum iudicem de cremona. et Guillelmum saluaticum de aste date apud oormaciam (4). II. Jdus. Madii. Jndictione. II. et commisionis facte postea petro notario. et petro de moneta ciuibus astensibus date aput barilieam (5). VIII. Jdus decembris. Jndictione. III. et commisionis facte oberto de sancto iuliano ciui astensi date aput spiram. II. kalendas Marcii. Jndictione. VII. de qua pena seu bannis publica quedam instrumenta aparebant. ibi uisa quorum vnum factum fuit per Manus Guil-

(8) *Sic. Ma* troia. *Cfr. doc.* CCLXXXIV.

(1) F. 209 *v.* (2) *Il titolo è nel margine sinistro, di mano del sec. XVI.* (3) *Lo spazio bianco è in* R. *Ciò che manca probabilmente è* banni sca (4) *Sic. Probabilmente* vormaciam (5) *Sic. Probabilmente* basileam (6) R:

lelmi tortoni(s) notarii. M.CCXIIII. Jndictione. II. die Jouis. X. kalendas. Nouembris. Aliud factum per manus dicti. Guillelmi tortonis. Anno domini. M.CCXV. Jndictione IIII. die dominico. VIII. kalendas. februarii. Aliud instrumentum factum per Guillelmum trosellum Anno domini. M.CCXVIIII. Jndictione. VII. die Martis. VII. kalendas aprilis. Aliud Jnstrumentum factum per manus Jacobi notarii. Anno domini. M.CCXVIIII. Jndictione VII. nono kalendas. aprilis. vnde predictus. otto ribaldus. eidem domino Carleuario potestati albe uice et Nomine comunis albe. fecit finem. et pactum de non petendo. et tocius sui iuris reMisionem: de predictis omnibus penis et banis. et de omni eo quod eorum occasione ullatenus petere posset. uel poterat. Jtem proMisit quod cessionem. uel datum alicui non fecerat de pena uel bannis predictis sine de iure ea occasione Sibi conpetenti. et si contra fecisset: et dictum comune euictionem. seu lexionem. uel dapnum pateretur (6): Jn aliquo dictus Otto in integrum resarcire dicto potestati uice et nomine comunis albe promisit obligando ei nomine comunis albe omnia sua bona. hec omnia sicut dicta sunt ipse otto promisit et Jurauit attendere. et obseruare. et firMa habere. Actum in barbarisco in ecclesia sancti donati. vbi fuerunt testes Rogati. dominus fraso iudex potestatis albe. Archipresbiter de neueis. Citatus sacerdos. Robaldus scriba de neueis. Nicholaus. et Guillelmus de barbarisco. W[illelmus]. bauuilis. henricus bell(u)inus. Nicholaus qualia Johannes bassus. W[illelmus]. tecia (7). Ogerius turcus. Otto roba. Guillelmus cotus. Et ego Guillelmus bonanatus notarius his interfui (8) et Rogatus Scripsi.

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autempticum huius exempli uidi et legi. et prout in eo continebatur Jta et in isto scripSi Nil addens. uel Minuens preter litter(r)am. uel Silabam. uel punctum quod mutaret Significacionem. (nt).

CCLXXXIV. [6 giugno 1219].

[*Declaracio Ottonis Ribaldi de barbarisco*]

(1) Anno domini. M.CCXVIIII. Jndictione. VII. Die Jouis. VI. Jntrante Junio. Confessus fuit. et Manifestus Otto ribaldus de barbarisco ciuis astensis se numquam habuisse quietam. et vacuam possessionem. uel detentacionem de rebus de (2) barbarisco. et trecio. et consortitu que fuerunt quondam bonifacii de reuello. et Jta iurauit. et promisit. Actum Jn barbarisco Jn ecclesia sancti donati vbi fuerunt Rogati testes dominus frasus Judex comunis. Archipresbiter de neueis. Citatus sacerdos.

---

patàretur (7) *Sic. Ma* troia. *Cfr. doc. seg.* (8) R: interfuii, *ma l'ultimo* i *è espunto.*

Robaldus Scriba (3) de neueis. Nicholaus et W[illelmus]. de barbarisco. W[illelmus] bauuilis. henricus belluinus. Nicholaus qualia. Jacobus bassus. W[illelmus]. troia. Et ego. W[illelmus]. bonanatus notarius interfui et rogatus ScripSi. (*nt*). (*nt*). (*nt*).

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autenticum huius exempli uidi et legi et prout in eo continebatur ita et Jn isto Scripsi. Nil addens uel minuens preter litter(r)am uel silabam. uel punctum quod mutaret Significacionem. (*nt*).

CCLXXXV. [12 maggio 1219].

Posess[*io*] *Nouelli et Turis cap*[*ta*] *per Albenses et fidel*[*es*] (1)

Anno domini. [*M.*]cc.xviiii. Jndictione. vii. quod fuit. xii. Jntrante. Madij (2). Jn presencia testium infrascriptorum. dominus henricus Marchio de saona. et Gratapalea eius Gener. Tradiderunt Rogerio iudici ambaxatori comunis albe nomine dicti comunis corporalem possessionem castri et Wille (*sic*) nouelli et turris. et ipse Rogerius uoluntate. et precepto predicti gratapalee. et domini henrici intrauit corporalem possessionem dicti Castri et Ville. et turris nomine predicti comunis. et cum predicti henricus. et gratapalea absoluissent homines ipsius loci a fidelitatibus. Willelmus de costa castellanus ipsius castri. et homines ipsius loci uoluntate. et precepto dictorum henrici et gratapalee fecerunt fidelitatem dicto rogerio nomine predicti comunis. iurando quod de cetero erunt fideles comuni albe. et potestati. uel consulibus albe pro tempore existentibus tanquam dominis attendendo et obseruando omnia que continentur Jn fidelitate. Actum in castro nouelli. vbi fuerunt rogati testes. Ogerius cunradengus. Bonifacius de nouello. Jacobinus de sancto Johannj (*sic*). leo grosus. Marchisetus. Et ego obertus notarius interfui et Rogatus Scripsi. (*nt*) s (*nt*) s (*nt*)

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis (3) notarius autenticum huius exempli uidi et legi et prout in ipso continebatur ita et in isto Scripsi. nichil addens uel minuens preter litter(r)am. uel Silabam. uel punctum quod Mutaret Significacionem. (*nt*).

CCLXXXVI. [13 maggio 1219].

Montisfortis fidelitas Albensibus (1).

Anno domini. m.ccxviiii. Jndictione. vii. quod fuit. xiii. Jntrante.

---

(1) F. 210 *r*. (2) R: et (3) Scripba: *ma la* p *è espunta.*

(1) *Il titolo è nel marg. destro, di mano del sec. XVI.* (2) Madij *è corretto su* Madio. (3) R: imperialis *in tutte lettere, ed inoltre coll'asta della* p *tagliata orizzontalmente a significare l'abbreviazione* er; *ciò che darebbe* impererialis

Madii. Jn presencia Jnfrascriptorum testium. dominus henricus Marchio. saone. et Gratapalea eius gener tradiderunt Rogerio iudici ambaxatori comunis albe nomine dicti comunis corporalem possessionem Castri et Ville Montisforti. et ipse Rogerius uoluntate. et precepto predicti domini henrici et gratapalee Jntrauit possessionem dicti castri. et ville nomine predicti comunis. et cum predicti henricus et g[r]atapalea absoluissent homines ipsius loci a fidelitatibus homines predicti loci uoluntate. et precepto dictorum henrici et g[r]atapalee: fecerunt fidelitatem dicto Rogerio nomine predicti comunis Jurando quod de cetero erunt fideles comuni albe. et potestati uel consulibus pro tempore existentibus atten[*den*]do et obseruando omnia que continentur in fidelitate tamquam dominis. Actum in castro montisforti. Vbi fuerunt rogati testes Jacobus de (2) Monteforti. henricus Maior. Arnaldus de clareu *(sic)*: Eodem die. et eodem arnardo *(sic)* de clareu. Marchiseto. Bernardo de clareu (3). Manuello. vgone barberio [*testibus*]. Jn castro Nielle. Dominus henricus Marchio saone. et Gratapalea. eius gener. Tradiderunt possessionem corporalem. Rogerio Judici ambaxatori comunis albe. nomine predicti comunis castri et ville. et palacii nielle. et ipse Rogerius uoluntate. et precepto predicti henrici. et Gratapalee. Jntrauit corporalem possessionem. predicti castri. et ville. et palacii Nomine predicti comunis. et cum predicti dominus henricus. et Gratapalea absoluissent homines ipsius loci a fidelitatibus. Robaldus curradengus castellanus. ipsius castri. et homines ipsius loci fecerunt fidelitatem dicto rogerio nomine comunis uoluntate et precepto dictorum henrici. et gratapalee. Jurando quod de cetero. erunt fideles comuni albe. et potestati uel consulibus pro tempore existentibus. Attendendo. et obseruando ea que continentur Jn fidelitate. tamquam dominis. Eodem anno et die. et eisdem presentibus testibus. Data fuit corporalis possessio per dominum henricum Marchionem saone. et gratapaleam eius generum. Rogerio iudici ambaxatori comunis albe. nomine predicti comunis. de castro et villa. et turri boçolasci. qui Rogerius uoluntate. et precepto predicti henrici et gratapalee intrauit corporalem [*possessionem*] predicti castri. et ville (4). et turris nomine predicti comunis. et cum predicti dominus henricus. et gratapalea (5). absoluissent hominibus *(sic)* ipsius loci a fidelitatibus

(6) Castellanus ipsius loci et castri. et homines ipsius loci fece-

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc. prec.* (2) F. 210 *r.* (3) R: clareus: *ma la s è cancellata ed espunta.* (4) R: villo (5) R: graatapalea: *ma il secondo* a *è espunto.* (6) *Lo spazio bianco è in* R: *può completarsi*: dictus Robaldus

runt fidelitatem predicto Rogerio nomine predicti comunis uoluntate et precepto predictorum henrici et gratapalee. Jurando quod de cetero erunt fideles comuni albe. et potestati uel consulibus albe pro tempore existentibus tamquam dominis attendendo et obseruando omnia ea que continentur Jn fidelitate. Actum in castro Boçolaschi. Ego obertus de strata notarius interfui. et rogatus ScripSJ. *(nt)* S. *(nt)* S. *(nt)*

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autenticum huius exe[*m*]pli uidi et legi et prout in eo continebatur Jta et in isto ScripSi. Nichil add(end)ens. uel Minuens preter litter(r)am. uel Silabam. uel pu[*n*]ctum quod mutaret Significacionem. *(nt)*.

CCLXXXVII. [31 luglio o 1 agosto 1219] (1).

Absol[ucio]. d[omini]. vic[arii]. Freder[ici]. a. libris. 50. papiensium bannum etc. (sic) (2)

Anno dominice. Jncarnacionis. M.CC Nono decemo (*sic*). Jndictione. VII. Die Mercurii. kalendis. augusti. Jn uiqueria. Dominus Eurardus (*sic*) de lutri papiensis potestas. et nunctius. et vicarius domini Frederici Regis. et Romanorum. Jmperatoris electi Auctoritate vicarie qua fungebatur Jn hac parte. Absoluit vbertum uercium. et Rufinum de niue ciues albe nomine et uice comunis Ciuitatis eiusdem. et ipsuM comune de libris quinquaginta Auri de quibus Jdem comune Occurerat in bannum. Pro eo quod otto de ribaldo petebat Jn castro bar[*ba*]risci. et de toto eo omni quod dictus dominus Cunradus (*sic*) posset dicere ipsi comuni nomine et occasione istius (*sic*) banni. uel suprascriptarum librarum. Quinquaginta Auri. et dictos Vbertum et Rufinum: Nomine istius comunis A vinculo banni. et pene. et Sacramenti de quo dominus Carnelleuarius de oçolla *(sic)* potestas comunis albe tenebatur pro ipso comuni nomine et occasione. iamdicti ottonis. Absoluit, Et si aliqua instrumenta facta essent pro predicta occasione. ea cassa. vana. et Nullius Momenti sint. et pro cançellato (*sic*) habeantur. et ea: (3) omnino cassauit. Supradictus dominus vero Cunradus (*sic*) hanc cartam fieri rogauit Jnterfuerunt. Ranerius de curte. et Asalitus de sancto naçario. et Otto botacius de cremona. et Zorlus Miles domini (4) Eura[*r*]di testes.

---

(1) *Il 1 agosto 1219 era di giovedì, non di mercoledì; è quindi errato il giorno del mese o quello della settimana. Forse il notaio con* « die mercurii kal. Augusti » *volle intendere la vigilia delle kalende d'Agosto, cioè il 31 luglio, che nel 1219 era infatti di mercoledì.* (2) *Cfr. la nota* (1) *del doc.* CCLXXXV. (3) F. 211 *r*. (4) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Ego Tebaldus de curte sacri palacii notarius: iussu istius (*sic*) domini (4) Eura[*r*]di hanc cartam ScripSi; et

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius Autenticum huius exempli uidi et legi et prout in eo continebatur ita et Jn isto scripsi nichil addens uel minuens preter litter(r)am uel Silabam. Vel punctum quod Mutaret Significacionem. (*nt*).

CCLXXXVIII. [29 agosto 1219].

[*Confessio Jacobi taurinensis episcopi de parabola data ambaxatori Comunis Albensium*].

Anno dominice. Jncarnacionis. Millesimo. cc. nonodecimo. Jndictione. vii. die Jouis Quarto Kalendas. Septembris. Jn alamania Jn burgo Aghinoe Fuit confessus dominus Jacobus dei gratia Taurinensis episcopus Regalis curie vicarius erga Vbertum guercium Ambaxatorem comunis albe nomine ipsius comunis albensium quod ipse Mandauit. et parabolam dedit comuni albensium quod se viriliter defenderent. et Resisterent cum armis astensibus et omnibus aliis qui Malefacerent eis. vel Supra eos hostiliter irent. predictus dominus episcopus hanc cartam fieri Jussit. Jnterfuerunt. Robaldus canis. Vbertus bocafol. Albertus butigella. Milites. papienses. atque Guillelmus de bouo Vercellensis testes.

Ego Lantelmus ferrarius Jmperialis et Regalis (1) curie notarius: Jnterfui. et hanc cartam Scripsi.

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius Autenticum huius exempli uidi et legi. et prout in eo continebatur ita et in isto nichil addens uel Minuens preter litter(r)am. uel Silabam. vel pu[*n*]ctum quod mutaret Significacionem. (*nt*).

CCLXXXIX. [29 agosto 1219].

[*De eodem*].

Anno dominice Jncarnacionis. Millesimo ducentesimo nono decimo. Jndictione. vii. die Jouis. quarto Kalendas. septembris. Jn alamania in burgo Aghynoe. Fuit confessus dominus Enurardus de lutri nunctius domini Regis Jn lonbardia a papia superius. versus Vbertum uercium Ambaxatorem comunis albe nomine ipsius comunis quod ipse Mandauit. et parabolam dedit albensibus ut defendere[*n*]t se uiriliter si astenses uel alii irent Super eos hostiliter: uel eos offenderent. Jtem ut resisterent eis. et omnes illos offenderent. qui post (1) ban-

(1) R: Regalisl
(1) F. 211 *v*.

num eis datum equitarent supra terram albensium. uel qui eosdem albenses hostiliter offenderent. predictus dominus Euerardus hanc cartam fieri iussit. Jnterfuerunt Rubaldus canis Vbertus bucafol. et Albertus butigella milites papienses testes.

Ego lantelmus ferrarius imperialis notarius. et Regalis curie. Jnterfui. et hanc cartam. Scripsi .·,

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autenticum huius exempli uidi et legi. et prout in eo continebatur ita in isto scripsi. nichil addens. uel Minuens preter litteram uel silabam uel punctum quod Mutaret significacionem.

CCXC. [29 agosto 1219].

Fred[*erici*]. II. *Priuilleg*[*ium*] *Alb*[*ensibus*] *de Regal*[*ibu*]*s* (1).

(C.) Jn nomine sancte. et Jndiuidue Trinitatis patris. et filii et Spiritus sancti Amen Fredericus secundus diuina fauente clemencia Romanorum Rex semper augustus. et Rex sicilie. Jm perpetuum. Notum esse uolumus uniuersis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos Jnuestiuimus fideles nostros Mainfredum Carencium. et Obertum Wercium de currencis (*sic*) nunctios et Ambaxatores comunis ciuitatis Albensis nomine ipsius comunis Nominatim de omnibus Regalibus nobis. et Jmperio pertinentibus Jn iamdicta ciuitate albensi. Eo silicet modo ut rectores qui nunc sunt in ipsa ciuitate uel pro tempore fuerint Jm perpetuum habeant et teneant predicta Regalia cum omnibus eorum pertinentibus sine contradictione cuiusquam. Jta tamen ut Rectores eiusdem comunis presentes silicet. et futuri. nobis et nostris successoribus. uel certo nunctio nostro Ad hoc destinato omni Anno in festo sancti Martini ex parte ipsius comunis nobis dare debeant. xxx. libras. bonorum denariorum Astensium. nomine ficti. secundum [*quod*] in priuilegio felicis memorie imperatoris Frederici aui nostri continetur. Attendentes igitur sedulam deuocionem et fidei sinceritatem sepedicti comunis albensium ipsam ciuitatem cum uniuersis et singulis habitatoribus cum omnibus bonis suis Mobilibus et Jnmobilibus que nunc iuste tenent. uel in posterum iusto Aquisiçionis titulo poterunt adipisci. sub nostre regie Magestatis protectionem recepimus. et Jniurias eis de cetero factas nobis reputabimus (2) fore illatas. statuente[*s*] hoc regali edicto ፡ ut Nulla persona Magna. uel parua. ciuitas astensis. comune Alicuius loci ፡ contra hanc nostre constitucionis paginam Aliqua temeritate uenire presumat nec eos in personis uel rebus offendat. uel iniuste Molestet. Quod qui fecerit ፡ Maiestatis

---

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc.* CCLXXXV. (2) R : reputates (3) lese *è cor-*

nostre indignacionem incurrisse se sciat penam quinquaginta. libras auri persoluat Medietatem nostre camere residuam parti lese (3). Huius rei testes fuerunt: Episcopus papiensis. Jacobus episcopus taurinensis curie Regalis uicarius. Guillelmus Comanus episcopus. Johannes pergamensis episcopus. Oldebertus Nouariensis episcopus. W i l l e l m u s (. marchio Montisferrati. Abbas sancti Galli. Abbas Morhacensis. Gotefredus comes de blandrata. Anselmus imperialis aule Marescalcus. Ricardus domini Regis camararius et plures alii. Ego cunradus Metensis et Spirensis episcopus uice domini Sigifredi Maguntini Archiepiscopi tocius germanie Archican(4)çellarii uidi et Recognoui.

Datum apud Agheno. M°.CC°.XVIIJ°. Quarto Kalendas septembris. Jndictione VII. Anno Regni eius in teutonia Septimo feliciter.

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius Autenticum priuilegium huius exempli sigillatum Sigillo domini Frederici Regis uidi et legi. et prout in eo continebatur ita et in isto scripSi. nec aliquid addidi uel Minui preter litter(r)am uel Silabam uel punctum quod mutaret Significacionem. (*nt*).

CCXCI. [27 febbraio 1233].

Bonif[acii]. M[a r c h i o n i s]. Montisferrati. don[a c i o]. de castro Montisfortis et (et) Nouelli (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die dominico. II. exeunte Februario. Jn braentino. presentibus Opicione bauduino Rufino niello. domino Ganberia de alexandria et domino Jacobo marchione de ancisa. testibus. Dominus Bonifacius marchio montisferrati mera et pura donatione inter uiuos. dedit domino Jacobo lançauetule albensium potestati recipienti uice et nomine comunis albe. totum id quod pater eius condam dominus Willelmus et ipse Bonifacius vissi fuerunt habere et nunc est in castris Montisforti et nouelli et in villis et territorii[*s*] et hominibus cum omni contitu et poderio domnicum si quod habebat ad domnicum et feuda sicut ab eo teneba[*n*]tur a Modo a comuni albe teneantur. et Comuni albe uasalli faciant fidelitatem sicut Marchioni predicto fecerant. absoluendo uasallos a sua fidelitate et in eum dominuM (2) Jacobum albensium. potestatem. nomine comunis transtulit possessionem et quasi possessionem. confitendo et constituendo nomine comunis albe possidere et quasi possidere quousque corporalem apprehenderit possessionem. vt a modo dictum co-

---

retto su lege (4) F. 212 *r*.

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc.* CCLXXXV. *Col doc. che segue si muta il notaio trascrittore, che ora è Robaldo Badello.* (2) dominuM *è scritto dopo* Jacobum.

mune habeat teneat et iure proprietario faciat de predictis quicquid facere uoluerit de donnicis ad donnicum et de feudis tamquam de feudo. Cedendo dicto domino Jacobo nomine predicto iura sua et actiones reales et personales utiles et directas nichil in se retento contra uasallos qui uissi erant ab ipso Marchione tenere et possidere et contra quamlibet personam aliquid detinentem de predictis in dictis castris et villis. ut eodem modo possit dictum comune agere et experiri. excipiendo replicando fidelitates petere sicut ipse Marchio poterat. et specialiter contra dominuM Gratapaleam et heredes domini henrici de carreto. et contra henricum maiorem et Guiacium de guasco. et contra dominuM Jacobum et Rodulfum et alios uasallos si qui alii sunt dicti domini. B[onifacii]. marchionis. et promixit dictus dominus. B[onifacius]. Marchio dicto domino Jacobo nomine comunis albe quod faciet ita quod dicti vasalli comuni albe facient fidelitatem de toto eo quod a dicto Marchione tenebant. et si quis vasallus renuerit facere fidelitatem comuni albe. promixit dictus Marchio cogere eum ad totum suum posse guarriando eum uel eos ab omnibus suis domibus hostiliter. nullam faciendo cum eo uel eis concordiam pacem treguam seu aliquod pactum quousque comuni albe fecerit fidelitatem. Jnsuper dedit dictus dominus. B[onifacius]. marchio dicto Jacobo nomine comunis albe. omnia iura et actiones reales et personales utiles et directas que quasue habebat dictus Marchio uersus Gratapaleam et heredes condam domini henrici de carreto et contra securitates. occasione turris que fuit condam henrici maioris et fratris Anselmi. quam turrem dictus. B[onifacius]. Marchio comendauerat seu deposuerat dicto domino henrico de carreto seu gratapalee uel ambobus sub pena. librarum. M. quod ei. Bo[nifacio]. marchioni eam turrem redderent sanam et integram sicuti dicebat ipse. B[onifacius]. quam turrem albenses dirruerunt in Castro montisforti. ut dictus. B[onifacius]. dicebat. vt eodem modo dictum Comune (3) albe possit petere predictas. libras. M. sicuti dictus. B[onifacius]. Marchio poterat. renuntiando dictus B[onifacius]. marchio beneficio insinuationis et legi qua cauetur donationem ultra quingentos solidos non ualere. Jtem promixit dictus. B[onifacius]. Marchio dicto Jacobo nomine comunis albe omnia predicta deffendere et expedire et dampnum euictionis et interesse restituere. obligando inde omnia bona sua. et promixit quod dabit deffensionem uersus dictum comune albe. dominum Mainfredum Marchionem de saluceis super omnia bona sua de omnibus predictis. Jtem promixit dictus. B[onifacius]. Marchio quod dabit comuni albe

con richiamo a emm   (3) F. 212 *r.*   (4) *Lo spaziato è in sopralinea.*

pacem et concordi[*a*]m Gratapalee et Jacobini filii condam domini henrici Marchionis de carreto. et faciet sic quod dicta pax et concordia erit usque ad medium aprilem proximum. si poterit. si autem non poterit: promixit quandocumque comune albe denuntiauerit per nuncium uel per litteras a termino in antea: guerram uiuam hostiliter dicto Jacobino et Gratapalee et eorum hominibus in rebus et personis ad ignem et sanguinem incipere et facere. ab omnibus domibus suis ad totum suum posse. et specialiter A. Camairana et Monte barcario cum albensibus et sine albensibus. et quod non faciet pacem concordiam interpellacionem aliquam cum predictis Jacobino et Gratapalea uel eorum hominibus quousque ad pacem et concordiam uenerint cum albensibus. Jtem promixit dictus. B[onifacius]. marchio quod faciet ita quod albenses ab hodie in antea poterint ire et stare et redire in personis et rebus suis et sui districtus. secure apud dolianium. et a dolianio et in eius poderio et districtu per homines dolianii. et districtus. et quod homines dolianii saluabunt et custodient albenses et eorum res in dolianio et poderio ad totum suum posse. et quod nullum inpedimentum prestabunt albensibus nec prestari permittent ad suum posse eundo. uel redeundo. alicubi per partes illas. et si necesse fuerit albenses eorum personas et res reducent et saluabunt comuniter et separatim. dimittendo inprexonarios et predas si quas uel quam ducerent. et hoc totum faciet iurare hominibus de (4) doliani[*o*] et castellano seu castellanis quandiu durabit presens guerra quam habent albenses cum astensibus et Marchionibus de guasto. Jtem promixit dictus dominus. B[onifacius]. marchio dicto domino Jacobo nomine comunis albe quod faciet ita quod (5) homines albe et sui districtus in personis et rebus ibunt et stabunt et reddibunt per terram domini Raimundi de busca. silicet. Coxanum. fraueas. Rochetam. et sanctum stefanum. secure. et in eorum territoriis et posse. et per terram domini Vberti et Opicionis de reuello. et eorum territoriis et poderio. et eos custodient et saluabunt. Jta quod nullam offensionem eis facient dictus dominus Raimundus et Vbertus et Opicio. nec eorum homines nec aliqui sui districtus albensibus uel eorum rebus. nec fieri permittent set uetabunt ad totum suum posse. in predictis territoriis et poderio. Jta quod securiter per eorum terram et poderium poterunt ire et reddire alexandriam. et ab Alexandria alibi quo ire uoluerint. Jtem quod predictus dominus Raimundus et Vbertus et Opicio et eorum homines et eorum districtus non offendent albensibus nec supra terram albensium uenient offensuri nec sustinebunt quod ab eorum domibus predictis albensibus ab aliquo offendatur. et Jta faciat (*sic*) quod predicti dominus. Rai[mundus]. et Vbertus et Opecinus hec

omnia promittent comuni albe attendere et obseruare quamdiu durabit presens guerra et si aliquod dampnum uel offensio albensibus fieret ab aliquo uel ab aliquibus in terra predicta et posse dictorum domini. Rai[mundi]. Vberti et Opicionis uel alicui de districtu albe: promisit dictus. B[onifacius]. Marchio restituere uel restitui facere incontinenti quam poterit sine fraude et mora. quod si facere non posset contra eum uel eos qui fecerit dampnum. et contra personam uel locum seu loca de cuius districtu fueri[*n*]t offensor uel offensores. et specialiter contra astenses iuuabit albenses et guerram incipiet et faciet incontinenti ab omnibus suis domibus et qui ab eo tenentur hostiliter quousque dampnum passo restituatur ad uoluntatem albensium. et quod Albenses possint cambium dampni passi accipere per totam terram dicti marchionis. et ut predicta melius adtendantur promixit capere unum ex castris domini Raimundi de busca in sua forcia et custodia retinere. Jtem promixit dictus. B[onifacius]. marchio dicto Jacobo potestati nomine comunis albe adiuuare bona fide cum peditibus et militibus ad deffendendum albam et eius terram et possessionem contra quamlibet personam. quociens cumque fuerit requisitus per nuncium uel per litteras incontinenti et sine mora. Jtem se subposuit predictus. B[onifacius]. Marchio in comune albe de omnibus discordiis et controuersiis quas habet dictus Marchio cum comuni alexandrie. promittendo stare in omnibus et per omnia in arbitrio et sentencia et uoluntate comunis albe. salua fidelitate quam uult dictus Marchio quod Alexandrini facient indistincte sicut patri suo fecerunt. et de hoc attendendo promixit dare securitatem ad voluntatem comunis albe. et hoc attendet et faciet usque ad kalendas Madii proximi (6) et si usque ad predictum terminum poterunt Albenses. marchionem concordare cum Alexandrinis. dictus marchio. promixit incipere et facere guerram viuam hostiliter omnibus inimicis comunis albe ab omnibus domibus suis. et quod non faceret pacem nec treguam nec guerram recreutam sine uoluntate comunis albe. Jtem promixit dictus. B[onifacius]. marchio curare bona fide ad suum posse quam cicius poterit componere paces et concordias inter albenses et suos inimicos. saluo eo quod dictum est de Gratapalea et Jacobino et quod faciet iurare castellanos montisferrati et de hominibus montisferrati tot quot comune albe uoluerit sic attendere et obseruare. Hec autem omnia predicta per singula dictus dominus. B[onifacius]. marchio promixit et iurauit dicto domino Jacobo recipienti uice et nomine comunis albe tactis corporaliter scripturis at-

(5) *Segue espunto* omnes (6) F. 213 *r.* (7) R: hac (8) *Quanto segue*

tendere et obseruare et nullo modo contrauenire. propter quas donationes superius factas et promissiones a dicto domino. B[o n i f a c i o]. marchione. dictus dominus Jacobus potestas nomine et uice comunis albe promixit dicto domino. B[o n i f a c i o]. marchioni quod albenses bona fide uetabunt ad suum posse. quod Regina cypri non transeat ultra montes et quod iuuabunt predictum marchionem ad hoc (7) vetandum. et quod Albenses curabunt bona fide quod homines Cunei et Sauiliani illud idem uetent. Jtem Si contingeret quod dictus Marchio uellet ducere dictam Reginam ! albenses debent iuuare marchionem ad ducendum ad suum posse. Jtem quod Albenses iuuabunt dictum Marchionem ad omnes suas domos et terras et possessiones deffendendas ad totum suum posse. Jtem quod albenses et eorum homines non offendent nec offendi facient dolianum nec homines doliani nec eorum res. et possessiones. et quod homines doliani possint ire et redire et stare in alba et posse secure in personis et rebus omnibus. et eos custodient et saluabunt in alba et posse bona fide. Jtem quod Albenses non offendent dominum Raimundum de busca Vbertum et Opecionem de reuello nec eorum terram uel homines uel res nec super eorum terram predictam offensuri ibunt. et quod predicti domini Raimundus Vbertus et Opecio et eorum homines de predictis locis possint ire et redire et stare secure in alba. et posse in personis et rebus per homines albe et eius districtus. Jtem promixit dictus dominus Jacobus potestas nomine comunis albe dicto domino. B[o n i f a c i o]. marchioni quod faciet sic quod consciliarii albe et tantum (*sic*) de hominibus albe quot dictus marchio uoluerit iurabunt sic attendere et obseruare. Hec autem omnia predicta et singula dictus dominus Jacobus albensium potestas uice et nomine comunis albe et dominus Obertus marescotus et Willelmus cerratus et Rogerius cairoxius Albertus de braida. corporaliter iurauerunt attendere et obseruare. *(nt)* ·,· *(nt)* ·,·

Et Ego Arnulfus scriba et notarius hoc instrumentum iussu et uoluntate Anselmi corsi notarii cui hanc cartam iussa fuit *(sic)* et qui eam tradidit ScripSJ .·,

(S. T.) Ego Anselmus corsus notarius palatinus tradidi scribi iussi et subscripsi.

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripSi nichil addens uel minuens preter litteram Silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(8) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus

---

è di altra mano. (9) *Quanto segue è di una terza mano.*

Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continetur. sic et in isto continetur et me subscripsj.

(9) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus au[*ten*]ticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur et sic Jn isto continetur et me subscripsi .·.

CCXCII. [27 febbraio 1233].

Bonif[*acii*]. *M*[*archionis*]. *Montisferrati constit*[*utio*]. *procur*[*atoris*]. *pro pos*[*sessione*] *nouelli et montisfortis danda* (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die dominico. II. exeunte Februario. Jn braentino presente Oberto marescoto. Opicione balduino. Rufino niello testibus. dominus Bonifacius marchio montisferrati constituit et fecit dominuM Jacobum marchionem de Ancisa suum certum nuncium et procuratorem ad dandam possessionem domino Jacobo lançeuetule albensium potestati nomine comunis albe. de toto eo quod ipse Bonifacius uel pater eius condam Willelmus. uissi sunt habere tenere et possidere in castris nouelli et montisforti et in uillis illorum castrorum et posse et quicquid inde dictus dominus Jacobus fecerit. predictus dominus. B[onifacius]. marchio ratum et firmum habere promixit et nullatenus (2) in contrarium uenire.

Et Ego Arnulfus scriba et notarius iussu et uoluntate Anselmi corsi notarii cui hanc cartam iussa fuit (*sic*) et qui eam tradidit scripSJ. (*nt*) ·,· (*nt*) ·,·

(S. T.) Ego Anselmus corsus notarius palatinus hanc cartam tradidi scribi iussi et subscripsi.

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus. Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur. et me subscripSJ.

(4) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus autenticum huius exempli vidi et legi et quod in isto (*sic*) continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi

CCXCIII. [27 febbraio 1233].

Castri. nouelli possessio. data Alben[*sibus*] (1).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die dominico II.

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc.* CCLXXXV. (2) F. 213 *v.* (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

exeunte Februario. Jn castro nouelli. dominus Jacobus marchio de ancissa nuntius et procurator domini B[onifacii]. marchionis montisferrati dedit domino Jacobo lançeuetule albensium potestati nomine comunis albe corporalem possessionem et quasi possessionem de toto eo quod dictus. B[onifacius]. marchio uel eius pater Willelmus uissi sunt habere tenere et possidere in castro Nouelli in villa hominibus in donnicis et in omni contitu et iurisdictione. et in omnibus aliis que aliquo tempore tenuerunt uel uissi sunt tenere in dicto castro villa et hominibus contitu et iurisdictione et inde omnes predicti hanc cartam fieri rogauerunt. vbi fuerunt rogati testes. Obertus marescotus. Opicio balduinus. Rufinus niellus. Eodem Anno et die presentibus testibus supranominatis Jn castro montisforti. predictus dominus Jacobus marchio de ancissa nuncius et procurator supradicti domini. B[onifacii]. marchionis dedit corporalem possessionem et quasi possessionem de toto eo quod dictus dominus. B[onifacius]. marchio uel eius pater Willelmus uissi sunt tenere habere et possidere in castro montisforti in villa hominibus in donnicis et in omni contitu et iurisdictione et in omnibus aliis que aliquo tempore tenuerunt uel uisi sunt tenere in dicto castro montisforti uilla hominibus contitu et iurisdictione.

Et Ego Arnulfus Scriba et notarius iussu et uoluntate Anselmi corsi cui hanc cartam iussa fuit *(sic)* et qui eam tradidit ScripSJ. *(nt)*, *(nt)*,

(S. T.) Ego Anselmus corsus notarius palatinus hanc cartam tradidi scribi iussi et subscripsi.

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripSi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significacionem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(2) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripSJ.

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus autenticum huius exempli vidi. et legi et quod in illo continebatur sic et in [*i*]sto continetur et me subscripsi

CCXCIV. [31 maggio 1219].

[*De absolucione comunis Albe per vicarium Romanorum regis*].

(1) Anno dominice Jncarnacionis. Millesimo. ducent[*esim*]o. decimo-

---

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc.* CCLXXXV. (2) *Quanto segue è di altra mano.*
(3) *Quanto segue è di una terza mano.*

nono Jndictione. Septima. Vltimo die Mensis Madii. Jn presencia (2) illorum quorum nomina inferius scripta reperiuntur. congregata credencia albensium. ad sonum campane in claustro ecclesie beati laurencii illius ciuitatis. coram domino Jacobo dei gratia taurinensi episcopo et Jmperialis curie uicario: et domino eurardo de lutre nunctio domini fred[erici]. dei gratia Romanorum regis semper Augusti. et Regis sicilie. Dominus Carleuarius de oçeno Albensium potestas consensu et parabola illorum qui in illa credencia conuenerant. et Supra animas eorum. et a parte. et nomine comunis illius ciuitatis Jurauit ad sancta dei euuangelia obligando eidem domino vicario. et domino eurardo omnia bona comunis illius ciuitatis. sub pena Mille Marcarum argenti. stare omnibus Mandatis predictorum domini vicarii. et domini eurardi et omnia eorum Mandata in omnibus et per omnia attendere. et obseruare. videlicet pro banno in quo dicebatur illud comune posidum (*sic*) fuisse. Ab osbergo iudice. et Gui[lelmo] saluatico pro causa quam odo de barbarisco ciuis astensis habuerat siue habebat cum comune albensium. et pro infrascripta pena librarum. centum auri. (et) quod bannum confirMatum esse dicebatur per petrum rotarium. et Petrum de moneta inponendo ipsam penam: librarum Centum auri. et ita ut supra legitur per omnia ipse potestas a parte et nomine comunis illius ciuitatis promisit atendere. et obseruare. Similiter ipse potestas a parte. et nomine comunis illius ciuitatis consensu et voluntate predictorum credendariorum in eodem sacramento iurauit. et promisit ipsi domino vicario. et domino eurardo obligando ei pignori omnia bona illius comunis et sub predicta pena Mille Marcharum argenti stare omnibus eorum Mandatis. et omnia eorum Mandata. et precepta attendere. et obseruare. videlicet de facto siue super facto possessionis quam dicebant traditam fuisse de re petita dicto Odoni ciui astensi. predictos osbergum iudicem creMonensem. et Guilelmum saluaticum iudices a predicto domino Rege delegatos ut dicebant. Preterea cum esset Manifestum secundum quod ipsi domino uicario constabat: quod terminus pene ordinate librarum ducentarum auri per obertum de sancto iuliano ciuem astensem contra comune (3) albensium nondum erat elapsus Jmo erat in octaua pentecostes; id est. Secundo die iunii. secundum quod idem dominus uicarius per firMum habebat: et Quia illud comune albensium. videlicet ipse potestas consilio predictorum iurauerat ut supra legitur stare omnibus Mandatis predictorum domini vicarii et domini Eu(e)rardi pro facto siue de facto illius possessionis seu pro illa possessione. et pro predicto banno. et

(1) F. 214 *r. Manca il* (S. T.) (2) R: presenticia (3) R: coeā

pena. et Jnde omnia eorum Mandata attendere. et obseruare ut supra: dictus dominus vicarius conscilio. et voluntate. et parabola dicti domini Eurardi Jbi presentis. abso[l]uit Jpsum comune Albensium a predictis bannis et penis. salua tamen predicta securitate facta ab ipso comuni albensium sub predicta pena. Mille. Marcharum. Argenti. ipsis domino uicario. et domino Eurardo ut legitur per omnia. Jta quod ipsi dominus uicarius. et dominus Eurardus possint precipere ipsi comuni. et versus illud comune albensium. et ordinare pro predicta securitate ab ipso comuni facta. secundum quod eis uidebitur occasione banni siue pene librarum Centum auri non obstante aliquo modo predicta absolucione facta. et illud comune teneatur attendere et obseruare id totum quod ipsi dominus uicarius. et dominus eurardus uersus illud comune preceperint et Ordinauerint.

(4) presentibus testibus. Asalito de sancto Naçario. Guidone butigella. Gaifero ysenbardo. Guilelmo dotto papiensi[bus] Guillelmo çuca taurinen[si]. et aliis. vnde plures carte inde uno tenore Scripte sunt.

Ego Guilelmus de bellino. vercellensis imperialis curie notarius interfui et Scripsi ;

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autenpticum huius exe[m]pli uidi et legi et prout in eo continebatur ita in isto scripsi. nec aliquid addidi uel minui preter litter(r)am uel sillabam uel pu[n]ctum quod mutaret Significacionem. *(nt)*

CCXCV. [5 febbraio 1234].

[*Preceptum consulibus*] *Neuil*[*iarum*]. *ne fac*[*iant*]. *fid*[*elitatem*]. *Asten*[*sibus*]. (1)

(S. T.) Anno domini. Millesimo ducentesimo. trigesimo quarto. Jndiccione. septima die dominico quinto intrante februarii. Jn alba in ecclesia sancti damiani presentibus testibus (2) Musso boueto et Marrone foacia et domino Girardo iosberto et Opicione bauduino et aliis quampluribus sapientibus. dominus Willelmus careocius potestas albe nomine et vice comunis albe precepit Amedeo bouerio et Alberto bree consulibus de neuileis nomine eorum et nomine Aliorum hominum de niuileis quod ipsi non debeant facere fidelitatem aliquam uel sacramentum aliquod comuni astensium uel castellanis de niuileis nec alicui alii persone EGO Willelmus de quaranta. notarius palatinus. interfui et precepto potestatis scripSJ.

---

(4) F. 214 *v. Lo spazio bianco è in* R *sulla fine del foglio precedente.*

(1) *Il titolo è nel margine sinistro, di mano del sec. XVI. I due doc. che seguono sono di mano del notaio Capalla.*

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus Autempticum huius exempli uidi et legi et prout in eo continebatur ita in isto scripSJ. nec Aliquid addidi uel minui preter literam uel silabam uel pu[*n*]ctum quod mutet significacionem.

CCXCVI. [1 marzo 1234].

Confes[*sio*]. *neuil*[*earum*]. *librarum 100. et 200.* (1)

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo. Trigesimo quarto. Jndiccione septima. die mercurii. in kallendis marcii. Jn alba sub porticu de natarellis presentibus testibus rogatis. Willelmo cerato Ogerio bulsauino. Jacobo de sauiliano. Oddino de publice et ricobono natarello. Confessus fuit Guido de niuileis se recepisse A domino Willelmo careocio potestate albe. libras. c. astenses de illis. libris. cc. quas comune albe sibi debebat. Vnde est carta. de quibus libris. c. tenuit se solutum et quietum. Renunciando exceptioni non numerate peccunie. promitendo eidem nomine comunis. quod de dictis libris. c. uel occasione ipsarum dictum comune nec bona comunis aliquo tempore non Appellabit et quantum est in dictis libris. c. instrumentum debiti sit cassum et nullius valoris. EGO Willelmus de quaranta. notarius palatinus interfui et sic rogatus scripsJ.

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autempticum huius exempli uidi et legi et prout in eo continebatur in isto scripsJ nec Aliquid addidi uel minui preter literam uel silabam uel punctum quod mutet significacionem.

CCXCVII. [31 maggio 1219].

(1) *Fidel*[*itas*]. *alben*[*sium*] *nuntio Fred*[*erici*] (2).

Jn nomine domini. Anno dominice. Jncarnacionis. Millesimo. Ducentesimo Decimo (3) Nono. Jndictione. Septima. vltimo die mensis. Madii. Congregata credencia Albensium ad sonum campane. Supra uoltas beati laurencii illius ciuitatis. Coram domino Jacobo dei gratia taurinensi episcopo. et Jmperialis aule uicario. et Domino eurardo de lutre nunctio domini frede[rici]. dei gratia. Romanorum regis semper augusti et Regis sicilie. Dicti dominus vicarius. Et dominus Eurardus a parte. et nomine ipsius regis. Jnuestiuerunt Carleuarium de oçeno.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc. prec.*

(1) F. 215 *r. Il doc. seguente è di nuovo di mano del notaio Clocha.* (2) *Cfr. nota* (1) *del doc.* CCXCV. (3) *Lo spaziato è in sopralinea, della stessa*

Albensium potestatem vice et nomine communis. et Vniuersitatis illius ciuitatis de recto feudo quod comune illius ciuitatis habet siue tenet Ab imperio. Jbidem ipse potestas a parte et Nomine communis illius ciuitatis. et credendarii omnes qui erant in illa credencia coram eisdem domino Vicario et domino Eurardo predicto domino. frede r i c o Romanorum regi tactis sacrosanctis euangeliis fidelitatem iurauerunt. Tenor cuius fidelitatis talis est. Ego [*iuro*] supra sancta dei euangelia quod bona fide. et sine fraude ero. et permanebo fidelis domino frede r i c o Romanorum regi semper augusto. et Regi sicilie serenissimo: et quod non ero in conscilio. nec facto ut idem rex. uel ali[*quis*] eius nunctius. perdat uitam. nec membrum mentem. nec sensum nec quod honor ipsius in aliquo diminuatur. et Si sciero qui aliquod horum facere uelit: bona fide quantum potero resistam omnibus Modis. et domino Regi uel eius nunctio: quam cicius potero manifestabo. per me uel per meum certum missum. uel per meas litter(r)as sigillatas. Jtem vn[*i*]uersam terram quam idem Rex per se et per alium tenet. et possidet. et de qua se saxierit. et vniuersum imperium. et omnia iura imperii sibi adiuuabo ad tenendum. et defendendum contra omnes homines. et si forte quod deus nolit inde aliquid perdiderit adiuuabo ad recuperandum. et recuper[*a*]tum: ad tenendum bona fide. et si ipse uel aliquis eius nunctius mihi aliquid in credencia preceperit illud priuatum tenebo. nec Manifestabo aliqui. vel aliquibus donec palam fuerit. et dabo eis uel eius nunctio conscilium bona fide. ex omni eo unde a me conscilium pecierit. secundum quod michi melius uisum fuerit. Et hec omnia et cetera que continentur et contineri debent in fidelitate que fieri debet domino Regi Romanorum bona fide attendam et obseruabo. si deus me adiuuet et illa sancta dei euangelia. Jtem quicquid michi preceptum fuerit sub debito fidelitatis A domino Rege uel eius nunctio bona fide attendam. Nomina illorum de credencia qui ibi iurauerunt: ut Supra hec sunt. Anselmus cerratus. § Aicardus de ui[*n*]culis. § pignolis § Albertus arcator § Astexanus calderarius. § berto de infantis. § Jacobus follis. § henricus de castro § Rufinus cluxus. § henricus de palacio. § Albericus borellus. § Mainfredus boxius. § Mainfredus de sancto eusebio. § fulcus cerratus. § Wilelmus carta. § Rufinus de albareto. § petrus borellus. § opiço carbux[*i*]us. § Mainfredus de rodo. § Jordanus de neu[*e*]is. § Villelmus de poncis. § petrus bellina. § Villelmus Marinascus. § Mainfredus loysius. § opiço de neu[*e*]is. § Guercius bocardi. § Bonifacius xorba. § opiço de bella. § Rolandus de morocio. § Rufinus ribaldengus. § Barixus § Mainfredus Moneacius. § Girardus mulaterius. § tortagna. § Grafius. § Nicholaus numentonus. § Girardus costancius. § Jacobus merlus. § Sicardus Speciarius. § odo

germanus § Ansaldus numentonus. § Arnaldus de Sumano. § vbertus textor § Obertus bellancius. § Simiomus beccarius. § Vilelmus libeccus. § Ogerius baxacanus. § Simiomus de burgheto. § Guillelmus da li uo[l]ta. § bonifacius capalla. § petrus de raconiso. § Albexanus de rufa. § Aicardus falopus. § Ardeço de fenestrella. § Guilelmus trotalis. § Vilelmus. nielus. § odo raua. § Mainfredus carencius. § tebaldus de çocho. § henricus sclasus. § Soldanus de ponte. § Jacobus faletus. § Vilelmus de raconiso. § Johannes censoldi. § Jordanus oculus capre. § Mainfredus ferramenta. § Jacobus capra. § Cunradus de oculis capre. § opiço Maletus. § Ogerius de morocio. § Anselmus curengus. § Palma. § vbertus aidinus (4) § Ansaldus de preoca. § Guilelmus frument[*us*]. § Raferius. § odobonus de çocho. § Rufinus de sancto Johanne. § Pellerinus ceolla. § Rufinus bellina. § Mascarus de strata § W[illelmus] de pruneto § Vil[elmus] Salicus. § odobonus. § SisMondus. Formagarius. § Sardus. § odo balcherius. § henricus craua § odo mollis. § SisMondus cerratus. § pellerinus. § Jacobus puctilia. § Vilelmus bella[*n*]cius. § anselmus bonuspetrus. § Albertus curradengus. § Artasius. § Raimundus faletus. § obertus uercius. § Robaldinus tur(c)cus. § dominus Mainardus. § obertus [*de*] reuello. § ogerius ratus. § Mainfredus de sancto Johanne. § Bonifacius de neueis. § Vulmanus capra. § Odo de poblice. § Jacobus pace. § obertus ferrius. § Girbaldus de rodino. § Andrea de zachara. § Guilelmus rocerius *(sic)*. § balçanus de ponte. § Vilelmus crispus. § petrus Scasus. § odo de serra. § henricus Sclasus. § leo de sauiliano § Vilelmus paianus. § Jacobus calça. § Ogerius cerratus. § fulco cerratus. § Opiço balduinus. § Rufinus Curradengus. § Jacobus tretinus *(sic)*. § Rogerius cairosus. § Rogerius iudex. § henricus perlis (*sic*). § Ogerius roueçolus § Vilelmus sennus. § Petrus Maçucus. § obertus baldetti. § Anselmus de çachara. § bergoncius censol[dus]. § Vilelmus lotterius. § Anselmus crescentus. § opiço marescotus. § § Vilelmus da li uo[*lta*] § Vilelmus ysaccus. § Mainfredus nudusmento. § Jacobus regisol. § Guilelmus musus. § ogerius c(r)apra. § petrus de strata. § garellis. § Jacobus paltrerius. § Tebaldus de braida. § Bonifacius iudex. § Vilelmus de Masera. § Girardus de strata. § henricus de niuileis. § Rodulfus costancius. § Mainfredus Contus. § henricus gastaldus. § odo lumixelis *(sic)*. § bonifacius clericata. § Anselmus de gauencio (5). § petrus baxacanus § Anselmus nudusmento. § Vilelmus de ualli. Rufinus becharius. Robaldus de poblice. § Albertus natarellus. § Ruubionus de arguello.

---

mano che ha scritto il titolo. (4) F. 215 *v.* (5) R: gauēcio (6) *Qui manca il* (S. T.) *ma n'è lasciato in bianco il posto.*



Actum Supra uoltas sancti laurencii. Presentibus testibus. Asalito de sancto Naçario. Guidone butiliella. Gaiferio ysenbardo. Guilelmo botto de ciuitate papie. Guilelmo çuca taurinensi presbitero. Petro plebano de pollencio. et Petro de masio peblano (sic) de poblex. et Magistro Martino clerico.

(6) Ego Guilelmus de bellino vercellensis imperialis curie notarius interfui et de mandato ipsorum domini vicarii et domini Eurardi. et ipsius potestatis. et consilii scripsi.

(S. T.) Ego Anselmus clocha imperialis notarius autempticum huius exempli vidi et legi. et prout in eo continebatur ita et in isto scripSi. nec aliquid addidi uel minui preter litterram uel Silabam. uel punctum quod mutaret significacionem. (sic).

CCXCVIII. [30 novembre 1233].

Confessio de libris 30 (1).

(2) (S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo trigesimo tercio. Jndicione sesta die Mercurii vltimo die nouembris Jn alba Jn domo de natarellis presentibus testibus domino Girardo iosberto domino paulo trosello et Turco belancio rogatis et vocatis. Confessus fuit Rodulfus farolfus se recepisse nomine W[illelmi]. tortoni cuius nuncius et procurator est sicut continetur in carta facta ab ipso Willelmo tortono notario Anno Eodem et Jndicione die lune IIII. Kalendas decembris a domino Willelmo car[*e*]ocio potestate albe nomine Baldracchi palidi Jllas libras XXX. quas Baldracus palidus ipsi Willelmo tortono dare debebat et que sunt de uno debito. librarum LX. astensium (3) de quo debito mussus bouiculus notarius fecit cartam eodem anno et Jndicione die Jouis VI Jntrante Octubris et de quo debito dictus potestas nomine comunis Albe promisera(n)t ipsum Baldracum extrahere et deliberare. ex omni dampno sicut continetur in carta facta ab eodem notario Eodem die et [*mense*] promisit ei nomine dicti (4) comunis quod de predictis libris XXX. A dicto Willelmo tortono uel ab alio pro eo aliquo tempore dictum comune nec dictus Baldracus nec eius res non erunt apellati.

Ego Willelmus de quaranta. notarius palatinus Jnterfui et sic Rogatus scripsi.

(S. T.) Ego Albertus notarius palatinus autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur Jta et in isto scripsi nichil adens uel minuens preter literam silibam *(sic)* uel punctum quod mutaret significacionem.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CLXCV. (2) *Il doc. seguente è di altra mano.* (3) R: ast̄ asten̄. (4) dicti *è dopo* comunis, *con richiamo.* (5) *Quanto segue è di altra mano.*

(5) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in iste continetur. et me subscripsJ.

CCXCIX. [1 luglio 1224 e s. d.].

Conces[sio] leu[andi] instrumentum Bonifacio bonanato [de arbitramento inter comune Albe et dominum Henricum de Carreto].

(1) (S. T.) Cum quondam Villelmus bonanatus in extremis laboraret et propter periculum mortis instituisset Bonifacium bonanatum notarium fratrem suum ad faciendum et suplendum omnia instrumenta et abreuiamina que ipse Willelmus propter officium notarie facere et suplere debebat. et eius abreuiamina et papira mihi relliquisset ut ea in publicam formam redi[ge]rem sicut ipse facere tenebatur et adimplere (2). et me loco sui substituisset. et dominus Rufinus salerius iudex et asessor domini Anrici de landriano. albensium. potestatis. mihi concessisset ut instrumenta predicta conponerem. secundum quod ipse Willelmus ordinauit et facere consueuit et secundum quod in eius papiris seu abreuiamentis inuenirem. me iurante quod bona fide et sine fraude dicta instrumenta conponerem non adendo uel diminuendo aliquod debitum uel aliquam quantitatem in eius papiris seu abreuiamentis redauta. Jdcirco ego Bonifacius bonanatus notarius predictus inspectis papiris et abreuiamentis ab ipso Willelmo factis unum in eis inueni tenor cuius talis est. Anni domini. M.CC.XXIIII. Jndictione. XII. Dominus Paganus de petra sancta arbiter siue arbitrator electus per comune albe. et dominum Henricum de carreto super discordiis et contentionibus finiendis que quondam usque nunc estiterunt inter ipsuM dominuM henricum et ipsuM comune albe prout in instrumentis conpromissionis siue conpromissi continetur factis per Willelmum bonanatum notarium. Jn primis statuit siue ordinauit et pronuntiauit et precepit Anselmo de çachera et Willelmo de publice sindicis comunis albe nomine ipsius comunis ad omnia intelligenda et conplenda per conscilium ordinatis. quatenus dehinc ad festum sancti Andree proximum. habeant infrascriptum precium in astensibus siue. Januensibus. uel aliis monetis que ualeant usque ad ipsam quantitatem uel tantum aurum siue argentum in ciuitate albe. et infrascriptum precium debeant aportare uel aportari facere ibi in conspectu siue in presencia ipsius domini Pagani uel in alio loco qui ordinatus fuerit per ipsuM dominuM Paganum et prout tunc temporis precipiet ipse dominus Paganus illud precium

(1) F. 216. r. *Di qui comincia a scrivere un altro notaio.* (2) R:

detur et soluatur. Jtem statuit et ordinauit et pronuntiauit et precepit domino henrico de carreto quatinus ad suprascriptum terminum siue ad tercium diem sequentem post illum terminum debeat ipse dominus Henricus uenire in loco diani et ibi tamdiu stare quod ipse dominus Paganus illuc uenerit. et ibi se non debeat separare sine licencia ipsius domini Pagani. paratus recipere peccuniam quam ipse Paganus sibi statuet dari per comune albe. et quod ibi debeat facere datum et vendictionem in alodio pro peccunia quam recipiet a comuni albe de omni eo quod usque nunc tenuit et possedit uel alius pro eo siue condam detinuit Jn feudo a comuni albe. et de omni eo quod acquisiuit in alodio et doneo siue detinuit in alodio et doneo uel quod alio pro eo detinet in alodio uel aliquo modo. Jn nouello et monforte et in eorum castris et castellani[*i*]s in villis et in omnibus aliis ipsis locis siue castris pertinentibus siue in castellaniis ipsorum locorum Nouelli et Monfortis. et de fidelitatibus hominum ipsorum locorum et omni honore et districtu et contile et iurisdictione. de omnibus terris cultis et incultis. pratis. vineis. nemoribus. siluis. venationibus. et Auccupationibus. aquatis. pascuis. piscationibus. rupibus et rupinis. et iure siue iuribus ipsis locis siue castris seu castellaniis autentibus (*sic*) nullo prorsus de suprascriptis in se reseruato siue retento. et de omnibus edifficiis et forciis que fieri fecit in suprascriptis castris et locis. et inde fiant instrumenta que ordinentur per sapientes electos per ipsum dominum. Jtem precepit ipsi domino henrico quod faciat Gratapaleam de suprascriptis omnibus simile datum et vendictionem pro infrascripto precio facere sindicis comunis albe uel alii nomine comunis albe et quod transferrat possessionem in comune ipsarum rerum ad illud eundem terminum. Jtem precepit quod tunc temporis promittant ipse dominus henricus et Gratapalea obligantes se et omnia sua bona pignori sindicis comunis albe uel aliis nomine comunis albe qui recipient ipsam vendictionem (et) quod deffendent et varentabunt suis dampnis et expensis omnia suprascripta in integrum. et pro eis attendendis fideiussores dare debeant Jdoneos arbitrio tantum suprascripti domini Pagani qui constituent se principales debitores et deffensores et renuntiare debeant omni legum iuri et obligare se et sua quisque in solidum pro deffensione ipsarum rerum omni tempore facienda et pro precio et dampno restituendo si res euincerentur siue amitterentur in toto uel in parte. Jtem precepit ipsi domino henrico de carreto quod a die crastina usque ad. xv. dies. debeat uenire cum Gratapalea in alba et se representare in presencia ipsius domini Pagani. pro faciendis et renouandis comuni albe sacramentis fidelitatum de aliis castris et locis que detinent siue detinere consueuerunt a

comuni albe. exceptis castris Nouelli et Montisfortis et eorum locis et castellaniis de quibus debet fieri uendictio ut supra. et quod tunc temporis debeat ipse dominus Henricus de carreto pro se et sua parte facere pacem comuni albe et hominibus albe et eorum omnibus amicis et remissionem de omnibus asaltis ferutis dampnis vastis Jniuriis factis siue datis occasione discordie siue guerre que condam fuerunt inter ipsum comune albe et eius amicos et dominum henricum de carreto. Jtem precepit ipsi comuni ut similem pacem et remissionem in omnibus ut Supra facia(n)t ipsi domino henrico pro se et suis amicis. Jtem precepit ipsi domino henrico et dictis sindicis comunis nomine comunis albe ut ipse dominus henricus debeat facere dissasiri omnes res quas fecit saxiri in terra sua hominum albe et suorum Amicorum occasione dicte Guerre. et Jpsi Sindici similiter debeant dissaxiri omnes res que saxite sunt hominibus ipsius domini henrici in alba et districtu occasione predicte Guerre. et hec fiant bona fide dehinc ad. xv. dies. si ab ipsis postulatus fuerit. Jtem precepit ipsi domino henrico quod habeat [*dare*] omnia instrumenta que habet de aquistis Nouelli et Montisfortis et eorum territoriis et pertinenciis. silicet. ipsa autentica uel exenpla autenticata ipsorum instrumentorum ad dictum terminum sancti Andree. Eo saluo quod dictus dominus Paganus possit omnes suprascriptos terminos artare seu abre(3)uiare et prolongare ad suam uoluntatem. et saluis omnibus preceptis aliis que ipse dominus Paganus ipsi domino henrico et ipsis sindicis nomine comunis facere uoluerit uno tempore uel diuersis. et hec omnia et singula precepit attendi et obseruari ad suam uoluntatem a suprascripto domino henrico et Sindicis comunis. et eis sicut supra precepit per sacramentum et sub pena duo Milia marcarum Argenti ei promissa ut in instrumentis conpromissi continetur. et si super predictis preceptis esset aliquod dubium qualiter deberent intelligi ipse dominus Paganus reseruat sibi interpretacionem ad suam uoluntatem. precium quod Comune dare debet pro ipsis rebus debet esse. Septem Millia. librarum. de quibus dominus Henricus habeat. quinque millia. librarum. in se. et duo Millia. librarum. debeant dari in terris et domibus in alba et iurisdictione. per terminos ordinatos per ipsum dominum Paganum. si ipse dominus Henricus [*stare*] uoluerit ad voluntatem ipsius domini Pagani. Alioquin. M. libre. remaneant comuni albe. et alias M. libras. haberet (*sic*) ipse dominus Henricus. Jtem statuit et ordinauit et pronuntiauit et precepit domino henrico ut faciat ita bona fide ad totum suum posse. quod Marchio montisferrati absoluet ei et Gratapalee feudum et fidelitatem castrorum Nouelli et Monfortis et eorum castellaniarum (4). quo facto si poterit vendictionem faciet (si poterit)

similiter quam fecit de alio quod habebat in Nouello. Jtem debet constringi iuramento se senper operam dare bona fide ut predicta A Marchione adimpleantur. et interim quousque fueri[n]t adinpleta nullo modo debet per se uel per alium uenire in contrarium comuni albe in perpetuum de parte Marchionis. set senper operam dare quod Comune teneat quousque predicta fuerint adinpleta a Marchione. Actum. Jn diano. Jn Kalendis Jullii. die sabati. Testes Jacobus de cinglo. Jordanus de alano. Otto garocius. Jacobus lançauetula. Bergognus uicedominus. Petrus garocius. Petrus uicedominus. Bonus petrus. Dianus scriba. Willelmus palius. Robaudus de caruençana. Willelmus uaca. Pitator Pelleta. Willelmus cerratus. Sismondus cerratus. Otto mullus. (*sic*) fulco cerratus. Obertus marescotus. Albexanus bauduinus. Mascarus de strata. Ogerius de marcenasco. Henricus cerratus. dominus Mafeus. Grosetus. Johannetus. Marro. Otto de la reuella. Et ego Bonifacius bonanatus notarius predictus secundum quod mihi fuit iniunctum a predicto Willelmo bonanato et A domino Rufino salerio hoc instrumentum supleui et ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto ScripSi nichil addens uel Minuens preter litteram silabam uel punctum quod Mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(5) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continetur sic et in isto. et me subscripsi.

(6) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius. palatinus. Autempticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripSJ.

CCC. [15 novembre 1233].

Controuersia ecclesiarum remissa. sancte. ✝. neueis et braida (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die martis. XV. intrante. nouembre. Jn alba Jn pontile episcopi. presentibus testibus domino Ardicione de montaldo albensi canonico. Ottone archipresbitero sancte Marie de ceua. domino Girardo iosberto. Alberto caçulo. et Willelmo de quaranta. presbiter Jacobus canonicus ecclesie sancte crucis et sindicus eiusdem ecclesie ut continetur in carta facta ab Oberto notario. Jn Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die dominico. II. kalendas Nouembris nomine ipsius ecclesie sancte crucis mo-

---

adinpre (3) F. 216 *v.* (4) R: castellanierum. (5) *Quanto segue è di altra mano.* (6) *Quanto segue è di una terza mano.*

tariensis ex una parte. et Marengus audus sindicus comunis albe ut continetur in carta facta a me Musso bouiculo notario eodem Anno et Jndictione die martis. xv. intrantis. nouembris. nomine ipsius comunis albensium ex altera. sub pena. L. librarum partibus et a partibus stipulata et promissa. conpromisserunt stare in arbitrio domini Willelmi albensis episcopi et domini Willelmi careocii albensium potestatis. de omni discordia et controuerxia questione seu lite que mota erat uel uertebatur uel moueri seu uerti posset inter dictam ecclesiam sancte crucis et comune albe⁽ et e conuerso. sub episcopo yporiensi occassione ecclesiarum de niveis et de braida dantes eis potestatem pronuntiandi presentibus partibus uel absentibus die feriato seu non feriato ad eorum uoluntatem. promittentes dicti sindici. silicet. dominus Jacobus sub obligacione bonorum dicte ecclesie. et Marengus sub obligacione bonorum comunis albe. attendere et obseruare ac firmum habere et tenere quicquid ipsi dixerint uel pronuntiauerint per concordiam uel per amicabilem compossitionem sub predicta pena. Jta quod pena commissa arbitrium in sua maneat firmitate. et sic Actum est inter eos sindicos quod dicti Arbitri pronuntiare debeant et diffinire usque ad proximum festum sancte Marie candelarie et non ultra. et si tunc non pronuntiauerint conpromissum solutum sit. et causa sit et esse debeat inde ea statu *(sic)* et forma quo et qua erat antequam hoc conpromissum fieret in predictos episcopum et potestatem et inde duas cartas unius tenoris fieri preceperunt.

Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et ScripSJ ⁝ *(nt)*

(S. T.) Ego Robaldus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripSJ. nichil addens uel minuens preter litteram (2) silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto c o n t i n e t u r (4). et me subscripsi.

(5) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus Autempticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsJ.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (2) R: literteram (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Lo spaziato è in sopralinea.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

CCCI. [19 agosto 1233].

(1) [De] Fodr[o]. [non] solu to]. (2)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die ueneris. XVIIII. Augusti. Jn alba supra uoltas sancti laurencii. presentibus testibus domino Paulo milite potestatis et Droco de riaçolio clauario communis. Jn pleno conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. dominus Willelmus careocius. potestas. albensium requisiuit conscilium sibi dare super illis qui non soluerunt fodrum tam nouum quam uetus. Jn quo conscilio maior pars consciliatorum uoluerunt et etiam fere omnes. quod potestas vendat domos et possessiones illorum qui fodrum non soluerunt pro soluendis fodris et pro soluendo quarto ultra fodrum illorum qui moniti fuerunt et non soluerunt. et hoc proximioribus consortibus uel uicinis qui eas melius poterint emere dando duas denariatas pro uno denario. Jta quod hec vendictio ab aliquo anteriore creditore non possit remoueri. et comune predicta deffendere teneatur;

Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et iussu ipsius potestatis Sic ScripSJ ⁝ *(nt)*

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto Scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius examplj(i) vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

(4) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripsi.

CCCII. [12 o 13 agosto 1233] (1).

.confir[*matio*] quo[*rundam*] *capitulorum* [*contra hereticos* (2).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die ueneris. XIII. intrante. Augusto. Jn alba supra uoltas sancti laurencii. presentibus testibus domino Girardo iosberto iudice potestatis. domino Paulo crossello (*sic*) eius milite. Oberto buxono. et droco de riaçolio clauario co-

---

(1) F. 217 *r.* (2) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.*
(3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il 13 agosto 1233 non era di venerdì, ma di sabato; è dunque errato il giorno del mese, o quello della settimana.* (2) *Cfr. nota* (2) *doc. prec.*

munis. dominus Willelmus careocius albensium potestas de uoluntate omnium credendariorum per campanam bis pulsatam congregatorum et ipsi Credendarii. confirmauerunt omnia capitula facta super hereticos et Cataros et Valdenses. et Alios cuiuslibet secte contra ecclesiam catolicam. et inde hanc cartam fieri preceperunt.

Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et ScripSJ ⁏ *(nt)*

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto Scripsi nichil addens uel minuens preter litteram Silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsi ∴.

(4) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autempticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsJ.

CCCIII. [5 agosto 1233].

[*Conscilium super illis qui abstulerunt filium Jacobi de quarto.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die veneris. V. intrante. Augusto. Jn alba supra. uoltas sancti laurencii. presentibus testibus domino Paulo milite potestatis. Willelmo de quaranta. Oberto buxono. et droco de riaçolio. dominus Willelmus careocius potestas albensium in conscilio duarum canpanarum more solito congregato. habuit pro conscilio ab omnibus consciliariis preter A Jordano de niueis. faciendi ad suam uoluntatem super illis qui abstulerunt filium Jacobi de quarto Jacobo boçono custodi captorum pro comuni. et super illis qui Jbi erant uel superuenerunt et nolluerunt ei Jacobo prestare subsidium nec iuuamen. ut possit eos punire pecunialiter. silicet. quemlibet secundum culpam suam et qualitatem delicti. et inde hanc cartam fieri iussit. Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et ScripSJ ⁏ *(nt)*

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(1) (S. T.) Et ego (2) Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi ∴.

---

(3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Segue cancellato* Alber (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(3) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi. et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripsJ.

CCCIV. [13 o 14 dicembre 1233 (1).

[*De absolucione potestatis Albensium ab excomunicacione.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die martis. XIIII. intrante. decembris. Jn alba in Claustro ecclesie sancti laurencii. presentibus testibus domino Maingoto prepossito eiusdem ecclesie. et domino Jacobo archipresbitero. et domino Ardicione de montaldo eiusdem ecclesie canonicus *(sic)*. et aliis quampluribus. Cum dominus Willelmus cariocius *(sic)* potestas albe iurasset in presencia domini Willelmi albensis episcopi de parendo iuri archipresbitero de ceua. idcirco dictus episcopus ipsum potestatem A uinculo excomunicacionis absoluit. prout habebat in Mandatis. A Simeone Albinganensi episcopo. et AB eiusdem ecclesie preposito domini pape delegatis. sicut continetur in carta facta ab henrico pipero notario. Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die martis. XXI. intrante. Nouembri. Ego Willelmus de quaranta notarius palatinus Jnterfui et ScripSJ.

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius. Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram Silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

(3) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autempticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripsJ.

CCCV. [1 aprile 1234].

(1) [*Quod*] *Potest*[*as*]. [*proximior uenturus habea*(*n*)*t. libras. 300 astenses* [*de feudo*] (2)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die sabati in kalendis aprili(*s*) Jn alba in ecclesia sancti damiani. presentibus testibus

---

(1) *Il 14 dicembre 1233 era di mercoledì, non di martedì; è dunque errato il giorno del mese o quello della settimana.* (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 217. *v.* (2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (3) R: amcessum

domino Girardo iosberto iudice potestatis. Paulo trosello eius milite. Willelmo de quaranta notario. Ogerio bolsauino et Petro de mercato clauariis comunis. Jn pleno albensium conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. Cum dominus Willelmus careocius potestas albe conscilium a consciliariis postulasset super dando feudo potestati albensium uenturo et super hoc concionatores locuti fuissent. Jamdictus potestas uoluntate et mandato conscilii memorati et consciliarii. statuerunt uoluerunt et ordinauerunt in concordia quod potestas albe proximior uenturus et qui fuerit potestas anno proximo uenturo habeat et habere debeat a comuni et de comuni albe denariorum bonorum astensium. libras. ccc. et non plus. per tres terminos de quatuor in quatuor mensibus. videlicet terciam partem illius feudi in primis. IIII.^{or} mensibus sue potestarie. et aliam terciam partem illius feudi in aliis sequentibus. IIII.^{or} mensibus. et aliam terciam partem in ultimis IIII.^{or} mensibus sui regiminis. et Jnsuper quod habeat et habere debeat medietatem omnium bannorum guastorum de campis datorum in bonis extrinsecis que comissa fuerint et excussa et non de aliis prius deducta de ipsis bannis parte guardiarum seu campariorum siue acusantium. que pars est tercia. Jtem quod habeat et habere debeat medietatem bannorum de homicidiis et de furtis perpetratis in nocte commissorum et excussorum tempore sue potestarie et non de aliis deducta parte guardiarum siue accusantium. Jtem quod habeat et habere debeat medietatem omnium datarum siue iudicatarum que in sua potestaria iudicate (4) fuerint et commisse et excusse et non de aliis. et salarium de andatis seu ambaxatis ipsius potestatis et iudicis et Militis et notariorum eis concessum et alia Sibi concessa secundum tenorem capituli albensis. et sic predictas. libras. ccc. astenses. et predicta banna secundum quod superius sunt distincta pro feudo potestatis proxime uenturi et certo salario. dictus dominus Willelmus potestas et consciliarii statuerunt ita quod a comuni albe nec de comuni nec ab aliqua persona loco comunis per se nec per aliquam submissam personam possit habere de Auere peccunia uel rebus comunis albe aliqua ingenii subtilitate ullo modo nisi quod sibi superius est cuncessum (3). Et quod debeat uenire ad regimen ciuitatis albe et inde reddire suis expensis et periculo sui et suarum rerum. et eorum qui secum uenerint. et Jurare regimen ciuitatis albe ea die qua uenerit in alba ante quam uadat ad hospicium supra statutum comunis albe sigillatum ante quam illud deintus uideat uel alius pro eo. Eo excepto quod si equus uel equi sui uel sui militis iudicis uel alicuius sue familie mortuus siue Mortui fuerint ad bataliam seu prelium pro comuni albe cum inimicis albe preliando quod ipse equus uel equi eidem potestati

a comuni et de comuni albe debeant emendari et non aliter quoquo modo. et pro predicto feudo superius denotato potestas venturus proximior debeat habere et tenere secum in alba Judicem ydoneum assidue per Annum. et stare in potestaria nisi uoluntate conscilii remanserit in alba personaliter assidue per Annum unum cum dicto Judice. et habere militem unum qui secum existat. et duos notarios ydoneos qui secum commorabuntur (5) per Annum ad suas expensas et suis periculis et non comunis albe. et qui notarii possint habere de scripturis quas fecerint secundum quod in capitulo continetur. et omnia predicta dicti consciliarii et potestas affirmauerunt. sic quod dictus potestas non possit nec debeat maius feudum habere nec a comuni ipse nec aliquis loco sui suscipere nisi predictas. libras. ccc. et predicta sibi concessa aliqua ingenii subtilitate. et teneatur quod in conscilio non possit ponere de Augmentatione sui feudi. nec de aliqua remuneratione sibi facienda causa aliqua allegante. et Hec omnia et singula superius nominata. Willelmus de meliorato nuncius comunis Jurauit ad sancta dei euangelia precepto et uoluntate omnium consciliatorum et super eorum animas omnia predicta et singula obseruare et attendere et quod nunquam ullo tempore contrauenient nec facient. aliqua ingenii subtilitate. et inde duas cartas unius tenoris fieri preceperunt.

Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus Jnterfui et iussu predicti potestatis et consciliatorum ScripSJ ⁝ (*nt*).

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(6) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsi.

(7) S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi ∴

CCCVI. [25 febbraio 1234].

[*De non faciendo capitulo super restituendis penis*].

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die sabati. IIII. exeunte. februario. Jn porticu Ottonis boni de sauiliano. presentibus testibus Oberto marescoto. Willelmo costancio. Paçoto et Gabirio. do-

---

(4) R: iudicata (5) R: commorabantur (6) *Quanto segue è di altra mano.* (7) *Quanto segue è di una terza mano.*

minus Willelmus careocius albensium potestas precepit Anselmino bonopetro. Anselmo faleto. Tome de çachera. Opicioni de neueis. Nicolao de strata. et petro rape. emendatoribus capituli ne faciant capitulum nec consentiant fieri de restituendis penis quas ipse potestas suo tempore abstulisset alicui de alba uel aliquibus in sacramento quod ei fecerunt et cuilibet ipsorum in pena. solidorum. xx. et precepit similiter in sacramento in pena. solidorum. xx. Willelmo botacio et Bonifacio de neuileis. scribanis ipsorum capitulorum cuilibet ne illum capitulum scribat. Actum albe.

Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et Jussu dicti potestatis ScripSJ ; (*nt*).

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(1) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in eo continebatur sic continetur et in isto. et me subscripsJ.

(2) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCVII. [14 febbraio 1234].

(1) *Confessiones emend*[*a r u m*] (2).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die martis. XIIII. februarii. Jn alba in solario de natarellis presentibus testibus domino Paulo milite potestatis. Bergogno de çachera. Sismundo de morocio. et Guidone sancto. Confessi fuerunt Willelmus francus de fontanis. Salomonus de ceruereis. Nicolaus troia de eodem loco. suo nomine et nomine Ottonis peccati sese habuisse et recepisse A domino Willelmo careocio albensium potestate plenarie emendam omnium et bestiarum et sonaliarum quas probauerant sibi fuisse ablatas per henricum clericum de morra et socios eius. in quibus dictus Willelmus habebat. XII. oues. et Agnum unum et unum capretum. pro quibus recepit pro emenda. libras. IIII. minus solidis. II. et Otto peccatus duas oues de quibus Willelmus francus pro eo recepit unam et pro emenda alterius. solidos. VI. Salomon[*us*] oues. XI. pro quibus habuit pro emenda. li-

---

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 218 *r.* (2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (3) *Quanto segue è di*

bras. III. et solidos. VI. Nicolaus troia alias. XI. oues pro quibus recepit pro emenda. libras. III. et solidos. VI. Jtem Willelmus francus et Salomon pro emenda sonaliarum. solidos. IIII. que omnia sunt in summa. XI. libras. et ouem unam. (*sic*) de quibus omnibus renuntiando exceptioni non numerate pecunie et ouis non recepte quietos et pagatos sese tenuerunt eorum nomine et nomine dicti Ottonis peccati promittentes dicto domino Willelmo potestati nomine comunis albe et nomine omnium illorum de morra et sociorum suorum qui fuerunt ad dictas oues capiendas quod Comune albe uel diuissum uel dictos homines de morra et socios et specialiter henricum clericum et coadiutores suos non appellabunt inde nec conuenient. nec res nec heredes eorum in aliquo tempore. et si inde appellarent(ur) quisque pro ea parte quam recepit omne dampnum euictionis interesse et expensarum ei predicto nomine restituere promisserunt. et pro sic Attendendo omnes eorum res ei predicto nomine pignori obligauerunt. Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et iussu ipsius potestatis ScripSJ ⋮ (*nt*).

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(3) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius instrumenti uidi et legi et quod in eo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripsi.

(4) (S. T.) Et Ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi. et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi ∴.

CCCVIII. [1 febbraio 1234].

[*De compromisso pro controuersia inter Albenses et ecclesiam Sancte Crucis.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die mercurii in kalendis februarii. Jn alba in porticu caminate albensis episcopi presentibus testibus Gabirio et Barauaglo saltariis comunis albe. Cum presbiter Jacobus canonicus ecclesie sancte crucis et sindicus eiusdem ecclesie nomine ipsius ecclesie. et Marengus audus sindicus comunis albe nomine ipsius comunis conpromississent stare in arbitrio domini Willelmi albensis episcopi et domini Willelmi careocii albensium potestatis de omni discordia et controuerxia questione seu lite que mota

---

altra mano. (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

erat uel uertebatur uel moueri seu uerti posset inter dictam ecclesiam sancte Crucis et Comune albe et e conuerso: sub yporiensi episcopo occassione ecclesiarum de niueis et de braida. ut continetur in cartis inde factis A me Musso bouiculo notario. Jn Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die martis. XV. nouembris. et terminum statuissent pronuntiandi usque ad proximum festum sancte Marie candelarie et non ultra. de eorum comuni uoluntate prorogauerunt terminum eisdem arbitris presentibus usque ad carnisleuamen uetus proxime uenturum. dantes eis potestatem pronuntiandi eodem modo et forma quo et qua prununtiare debebant secundum formam conpromissi superius nominati in omnibus et per omnia et si termino non pronuntiauerint conpromissum solutum sit. et causa sit et esse debeat in eo statu et forma quo et qua erat antequam conpromissum fieret in ipsos episcopum et potestatem. et inde duas cartas unius tenoris fieri preceperunt.

Ego Mussus bouiculus notarius palatinus Jnterfui et scripsi ; *(nt)*

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt).*

(1) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur. et me subscripsi.

(2) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Antenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCIX. [4 o 14 gennaio 1234] (1).

[*De sindicatu boni hominis Capalle pro discordiis cum dominis de Monteforte.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die sabati. IIII. intrante. Januario. Jn alba in ecclesia sancti damiani. in pleno conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. dominus Willelmus careocius potestas albensium uoluntate consciliatorum qui erant in eodem conscilio et ipsi consciliarii. constituerunt ordinauerunt et Creauerunt bonum hominem capallam sindicum et Auctorem comunis albe ad conpromittendum sese de discordiis quas comune albe habet cum dominis de monte forte: in dictum potestatem pro comuni. et in

---

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il 4 gennaio 1234 era di mercoledì, non di sabato*; *probabilmente,*

Willelmum faletum uel in alium amicum dictorum dominorum quem ipsi eligerent pro eis. Saluo eo quod aliqua terra dari non possit pro comuni sine uoluntate albensis conscilii tocius uel maioris partis. et ita quod arbitrium finiatur usque ad proximum carleuarium uetus; Ego Mussus bouiculus notarius interfui et iussu dictorum potestatis et consciliatorum ScripSJ ; (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(2) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius Palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto et me subscripsJ.

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus. Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCX. [15 dicembre 1233].

(1) *Pro facto archipresbiteri de ceua* (2).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die Jouis. (3) XV. intrante. decembri. Jn alba. Jn ecclesia sancti Johannis. presentibus testibus domino Paulo trosello milite potestatis. et Oberto aleo. Jn conscilio per campanam bis pulsatam [*congregato*]. dominus Willelmus careocius potestas albensium uoluntate consciliatorum et ipsi consciliarii. constituerunt Willelmum de pruneto notarium. sindicum et procuratorem ad Jurandum pro ipsis consciliariis de stando mandatis ecclesie et iuri super animas eorum pro facto archipresbiteri de ceua. Eodem die in caminata albensis episcopi in alba. presentibus Jacobo de sauiliano. vberto costancio. domino Girardo iosberto iudice et Arnaudo rinalio. dominus Willelmus albensis episcopus ex delegatione domini Simionis albenganensis ecclesie episcopi et B[onifacii]. eiusdem ecclesie prepositi domini pape delegatis (*sic*). ut continetur in quodam instrumento facto ab Henrico pipere notario sub anno natiuitatis dominice. M.CC.XXXIII. Jndictione. XI. die martis. XXI. intrantis. nouembris. absoluit et extraxit Willelmum de pruneto sindicum et procuratorem comunis albe ut superius continetur(nomine consciliatorum ipsius comunis a vinculo excomunicationis in quo dicebatur ipsos incurrisse per

---

IIII *è una svista del notaio trascrittore per* XIIII. (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano*

(1) F. 218 *v.* (2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (3) R: Jouss (4) R:

archipresbiterum (4) de ceua prestito iuramento ab ipso Willelmo supra animas ipsorum consciliariorum de parendo iuri et de stando mandatis ecclesie coram episcopo in Manus eius; Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et hanc inde cartam ScripSi ⁝ (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(5) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripSJ.

(6) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi ∴

CCCXI. [1 aprile 1234].

De potestate Januensi. ellig[*endo*]. | *et eius modo* (1).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die sabati in kalendis aprili[*s*]. in alba in ecclesia sancti damiani. Jn pleno albensium conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. presentibus testibus domino Girardo iosberto iudice potestatis. Paulo trossello eius milite. Willelmo de quaranta notario. Ogerio bossauino et Petro de mercato clauariis comunis. Cum dominus Willelmus careocius potestas albe requisisset a consciliariis ut sibi darent conscilium super regimine ciuitatis albe habendo per futurum Annum. placuit maiori parti ipsorum consciliatorum quod Ciuitas albe regatur per potestatem per futurum annum. silicet. A kalendis madii proximi uenturis usque ad unum Annum proximum et conpletum. et qui potestas sit de ciuitate Janue. Jtem statutum fuit in eodem conscilio et de uoluntate ipsorum consciliatorum quod. XVI. homines eligantur de dictis consciliariis. silicet. IIII.^{or} per quarterium. qui habeant potestatem eligendi ipsum potestatem futurum. promittentes dictus potestas et consciliarii uice et nomine comunis habere et tenere illum pro potestate albe per uenturum annum. quem ipsi. XVI. uel maior pars eorum elegerint. qui. XVI. incontinenti in ipso conscilio electi fuerunt ab Ogerio ysaco et Mainfredo de sancto Johanne ad hoc electis. quorum. XVI. nomina sunt hec. de quarter[*io*] sancti Blaxii Obertus aleus. Obertinus marescotus. Petrus ferramenta. et Richebonus natarellus. de quarter[*io*] sancti Johannis. Anselmus bonuspetrus. Rufinus becarius. Obertus

---

archipresbitero (5) *Quanto segue è di altra mano.* (6) *Quanto segue è di una terza mano.*

capra. et Willelmus crespus. de quarter[*io*] sancti laurentii. Cunradus cunradengus. Paçotus de morocio. Petrus de riaçolio. Willelmus ciuitas. De quarter[*io*] sancte Marie. Willelmus costancius. Oddinus çacharengus. henricus aidinus. et Cunradus de çoco. Ego mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et iussu dicti potestatis et consciliatorum ScripSJ ⁝ *(nt)*

S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(2) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripSJ.

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCXII. [1 aprile 1234].

Potestatis iur[*amenti*]. *for*[*ma*]. (1).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die sabati in kalendis aprili[*s*]. Jn alba in ecclesia sancti damiani. Jn pleno albensium conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. presentibus testibus domino Girardo iosberto iudice potestatis. Paulo trossello eius milite. Willelmo de quaranta notario. Ogerio bolsauino. et Petro de mercato clauariis comunis. dominus Willelmus careocius albensium potestas voluntate omnium consciliatorum ibi congregatorum et ipsi consciliarii statuerunt et ordinauerunt quod potestas futurus albe debeat iurare attendere et obseruare pacem factam inter comune ast et comune albe. Eo saluo quod consciliarii non consenciunt in sentencia lata super facto Nouelli et montis clerii. et quod istud comuni (2) quantum ad sentenciam non preiudicet et quod dictus potestas futurus dictam sentenciam sacramento attendere non teneatur. et inde dictus potestas et consciliarii cartam fieri preceperunt. Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et Scripsi ⁝ *(nt)*

S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continetur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (2) R : cōi (3) *Quanto segue è di altra*

(3) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli. vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur. et me subscripSJ.

(4) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi. et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCXIII (1). [18 gennaio 1234].

(2) *Sindicatus ad oppon*[*endum*]. *contra sent*[*entiam*]. *Ast*[*ensium*]. (3).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die mercurii. XIIII. exeunte. Januario. Jn alba in ecclesia sancti damiani presentibus testibus. Andrea costancio. et Henrico. boçardo. Jn pleno conscilio albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus Girardus iosbertus iudex domini Willelmi careocii potestatis albe et eius uicem gerens uoluntate consciliatorum et ipsi consciliarii. constituerunt ordinauerunt et fecerunt dominum Obertum marescotum sindicum et Auctorem comunis albe ad contradicendum sentencie seu sentenciis et pronuntiacionibus seu arbitracionibus late uel factis seu latis a comuni astensium uel ab alio pro comuni inter comune albe ex una parte et Gratapaleam et Jacobinum filium domini henrici de carreto condam ex altera. et ad dicendum pro comuni albe dicto comuni ast quod sentencia seu sentencie et pronuntiationes seu (4) arbitrationes lata uel late (5) a dicto comuni de ast dicto comuni albe displicent et ad dandam dictam atestacionem contradicionem et displicionem et faciendam coram potestate uel conscilio astensium. uel alio qui in eo conscilio esset pro potestate in scriptis et ad omnia facienda que pertinent ad predicta facienda secundum iuris ordinem. promittentes quicquid ipse fecerit seu dixerit sese ratum et firmum perpetuo habituros ac si per dictum comune albe specialiter esset factum. Ego Willelmus de quaranta notarius palatinus interfui et precepto dicti Judicis scripsi ⁝

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(6) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus.

---

mano. (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. infra doc.* CCCXXII. (2) F. 219 *r.* (3) *Cfr. nota* (2) *doc.* CCCI. (4) *Lo spaziato è in sopralinea*; *segue espunto* et (5) R: late uel late (6) *Quanto segue è di altra mano.* (7) *Quanto segue è di una terza mano.*

Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripssi.

(7) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi

CCCXIV. (19 gennaio 1234).

[*De contradicione sententie late per Comune Ast.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. quod fuit. XVIIII. intrante. Januario. Jn ast in pleno conscilio per campanam more solito congregato. dominus Obertus marescotus sindicus comunis albe ut in instrumento inde facto a Willelmo de quadraginta notario continetur. sub anno. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. quod fuit. XIIII. die exeunte. Januario. presente domino allegro de mediolano potestate ast. in scriptis contradixit sentencie seu sentenciis late uel latis a comuni astensi seu a potestate uel ab alio nomine comunis ast contra comune albe de castro et villa nouelli et montis clarii et de eius pertinentiis ut in sentencia seu sentenciis inde lata seu latis continetur que sentencia seu sentencie lata [*seu late*] sunt pro Gratapalea et pro Jacobino filio condam domini henrici de carreto. dicendo quod dicta sentencia seu sentencie displicent comuni albe. et omnia predicta dixit dictus Obertus et protestatus ut supra coram predicta (*sic*) potestate et in publica credencia et in scriptis dictam contradictionem porrexit in illo conscilio. Jtem dixit dictus Obertus et protestatus est nomine comunis albe comune albe non credere dictam sentenciam seu sentencias ullam uel ullas esse dicendo quod non est lata seu late secundum formam iuris nec secundum formam arbitrii nec secundum conpromissum. dicendo quod comune albe paratus (*sic*) est ad cognitionem uenire cum Gratapalea et cum Jacobino et cum comune ast si uolueri[*n*]t. si dicta sentencia seu sentencie lata seu late potuit ferri prout lata est a comuni ast secundum ius uel conpromissum seu secundum formam arbitrii. Jnterfuerunt testes rogati. dominus Petrus lorencius. dominus Gagiotus de solerio. dominus Girardus iosbertus. dominus Apolius de ypolitis. dominus Obertus bellancius. Petrus rapa. Bonetus sclasus ·⁝· (*nt*) ·⁝· (*nt*) ·⁝· (*nt*) ·⁝·

Ego Jacobus magister notarius interfui rogatus et sic scripSJ

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(1) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius. palatinus.

Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripSJ . .·

(2) (S. T.) Et ego Albertus notarius autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCXV. [1 settembre 1233].

Confir[*matio*]. *c*[*apitulorum*]. *occax*[*ione*]. *usurarum* (1).

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. Jn kalendis septembris. Jn alba in conscilio per campanam bis pulsatam. supra uoltas sancti laurencii more solito congregato. presentibus testibus Palma. et Jacobo ferramenta. frater. henricus de padua de ordine fratrum minorum uoluntate domini Willelmi de braida albensis electi requisiuit a potestate. silicet domino Willelmo careocio et A consciliariis ut debeant confirmare capitula notariorum albensium ab eis facta occassione usurarum. Jn reformacione cuius conscilii omnes Credendarii nemine contradicente ipsa capitula confirmauerunt et uoluerunt ut in statuto comunis albe scribantur. et quod potestas faciat sequentem potestatem uel consules post eum intrantem uel intrantes sic iurare attendi facere et obseruari. Que capitula sunt hec. Jn nomine domini nostri ihesu xpisti Amen (2). Petunt Albenses scribe conscilio albensis capituli et fratris henrici de padua A vobis domino Willelmo careocio albensium potestate et A consciliariis eiusdem loci ad remouendam usuram quatinus omnes scribe albenses teneantur iuramento uel alia iusta promissione quod aliquis albensis scriba et de iurisdictione ciuitatis de cetero non facia(n)t se sciente instrumentum in quo ponatur usura nec pena nec aliquod quod spectet ad usuram nec aliquas expensas ut restituantur creditori (3) sub fraude usurarum nisi illas expensas iustas que facte fuerint causa petendi debitum coram potestate. Excipiantur inde carte usque nunc inbreuiate. Jtem quod non facient instrumentum de vendicione alicuius rei mobilis ad terminum ad hoc quod summa peccunie excedat precium quod res ipsa ualeret ipsa die. Jtem quod non facient instrumentum de obligatione alicuius rei mobilis ad hoc quod debitor debeat percipere fructus. Jtem quod non facient instrumentum de vendictione grani uel uini ad hoc quod precium mine grani uel starium vini sit minor. XVIII. denariis. et hoc totum obseruetur quod potestas presens. sequentem potestatem uel

---

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (2) *doc.* CCCI. (2) *L'espressione* Jn nomine... Amen *è ri-*

consules facient iurare attendere et obseruare ut in hoc instrumento continetur. Et si quis scriba de ciuitate albe uel posse uel districtus sic attendere non iurauerit eius instrumenta non recipiantur et tamquam falsa non audiantur. et scribe de districtu albe infames adiudicentur in alba si contra fecerint. et hoc attendatur supra scribis qui sunt in alba. uel de cetero essent et apparebunt. Jtem quod non prestabunt patrocinium nec conscilium alicui ad petendum neque ad habendum usuras neque conputum de usuris facient. Jtem quod aliquis scriba non faciet instrumentuM de aliquo mutuo quod fiat occasione alicuius debiti quod debeatur dari alicui creditori. et inde dictus potestas et consciliarii hanc cartam fieri preceperunt. Ego Mussus boniculus notarius palatinus interfui et ScripSJ ⁝ (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius. Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(4) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius. palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur. et me subscripsi.

(5) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus autenticum huius exempli vidi et legi et quod in isto (*sic*) continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi

CCCXVI. [17 maggio 1233].

Consil[*ium*]. *100. Capitum dom*[*orum*]. [*pro facto Montisfortis.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die martis. XVI. Kalendas. Junii. Jn alba supra uoltas sancti laurencii. presentibus testibus paulo trossello milite potestatis et Willelmo de quaranta. dominus Apolius potestas albensium requisiuit in conscilio duarum campanarum et multorum aliorum capitorum *(sic)* de domo ut sibi darent conscilium super securitate quam petit comune astensium ab Albensibus de castro montis fortis. Jn quo conscilio fere omnes consciliarii et alii de centum capitibus domorum per nuntios ad conscilium congregati [*uoluerunt*]. quod potestas cum Rogerio cairoxio uadat aste. et inducat potestatem et sapientes si poterit quod comune ast sit contentum securitate Nouelli uel montisforti. et facta securitate unius illorum. quod Comune ast ei restituat Neuileas quod si fecerit⁝ eis placeat. Alioquin respondeatur potestati et comuni astensium facere

---

petuta due volte. (3) F. 219 *v.* (4) *Quanto segue è di altra mano.*
(5) *Quanto segue è di una terza mano.*

circa predicta ad eorum uoluntatem. hoc addito quod conscilium de campana requiratur et ibi fiat responsio. et quod potestas et conscilium ast protestentur et dicant et inde fiat publicum instrumentuM quod solo modo ob questionem emergentem inter Gratapaleam et filium domini henrici de carreto condam ex una parte et comune albe ex altera dictum castrum petitur. et quod aliud non exigant predicta occassione. et Jnde dictus potestas hanc cartam fieri iussit. Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et ScripSJ ⁝ *(nt)*

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem . *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)*

(1) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illlo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsj

(2) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus (notarius) autenticum huius exempli vidi et legi et quod in isto (*sic*) continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCXVII. [15 novembre 1233].

Sindicatus ad agend[*um*]. *super causam. ecclesie de neueis et de braida Coram episcopo. ypor*[*iensi*]. (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die martis. XV. intrantis. nouembris. Jn alba in ecclesia sancti Johannis presentibus testibus domino Paulo trossello milite potestatis. Oberto bellancio clauario comunis et Willelmo de quaranta scriba comunis. dominus Willelmus careocius potestas albensium uoluntate consciliatorum per campanam bis pulsatam congregatorum more solito et ipsi consciliarii nomine comunis albe. fecerunt et constituerunt Marengum audum sindicum Auctorem et deffensorem ipsius comunis. in omni causa mota uel mouenda ab ecclesia mortariensi aut contra ipsam ecclesiam. ad Agendum. respondendum. defendendum paciscendum et tranxigendum. et ad omnia alia negocia ipsius comunis in dicta causa seu causis peragenda. et specialiter super causam seu causas quam et quas mouet presbiter Jacobus sindicus ipsius ecclesie contra dictum comune coram yporiensi episcopo nomine ecclesiarum de niueis et de braida. tradentes ei plenam et li(2)beram facultatem et potestatem omnium pre-

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXCV. (2) F. 220 *r.* (3) *Quanto segue è di*

dictorum. et quicquid in Agendo. deffendendo. paciscendo et transigendo super hiis omnibus fecerit ratum et firmum habere promisserunt. qui sindicus ibi presens recepit mandatum. Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et iussu ipsius potestatis et conseiliatorum sic scripsi ⋮ *(nt)*.

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram sillabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)*

(3) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripSJ.

(4) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur sic et isto continetur et me subscripsi .·.

CCCXVIII. [7 settembre 1233].

C[apitulum]. de usur[is]. (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione VI. die mercurii. VII. intrantis septembris. Jn alba in ecclesia sancti Johannis presentibus testibus domino Bertolomeo de ulmeta albensi archidiacono. Maingoto preposito albe. Jacobo ferramenta. Palma. et Willelmino costancio. dominus Willelmus careocius potestas albensium celebrauit conscilium duarum campanarum in quo fuerunt centum capita dom[*or*]um preter illos de conscilio ad Postulationem domini Willelmi de braida albensis episcopi et fratris henrici de padua de ordine fratrum minorum ibi presentium super factum usurarum. Jn quo conscilio omnes consciliarii fuerunt concordes quod de cetero sub aliquo ingenio in alba uel in posse albe non fiat contractus aliquis de usuris nec in quo usura incurrat uel pena uel aliquod aliud loco usurarum uel in fraudem usurarum. et si factus est vsure a Modo ex eo non incurrant. Nec aliquis ad Açarum (*sic*) in ciuitate albe uel duobus miliariis prope albam ludere possit. nec prestare ad ludum aliquem in quo usura incurrat uel aliquid aliud in fraudem usure. et quod potestas de aliqua usura de cetero promissa uel promittenda conuentata uel conuentanda racionem alicui facere non debeat nec possit. Super contractibus uero preteritis potestas cum suo iudice bailiam habeat ordinandi ad suam uoluntatem et quod ordinauerit perpetuo attendatur in alba et di-

---

altra mano. (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XV.* (2) *Quanto*

strictu et in capitulo ponatur et pro consuetudine in rigesto ita quod potestas uel consules seu rectores albenses sic teneantur iurare attendere. et attendi facere de Anno in Annum ita quod in perpetuum duret. et quod potestas habeat bailiam imponendi et auferendi penam ad suam uoluntatem. illi uel illis qui contra predicta fecerit uel nollet ut superius legitur obseruare. et Jnde dictus potestas et consciliarii cartam unam et plures fieri mihi Musso bouiculo notario preceperunt. Ego mussus bouiculus notarius palatinus interfui et Scripsi ⋮ *(nt)*

(S. T.) Eodem Anno et Jndictione. Die et loco et presentibus eisdem testibus. Dominus Willelmus de braida albensis episcopuS promixit henrico de padua prenominato. Jn sua terra quam tenet et distringit idem de facto usurarum ut supra legitur attendi facere A notariis et A contrahentibus sicut Albenses fecerunt. et in aliis [*terris*] sui episcopatus excomunicatione et aliter facere suum officium exercendo quod debuerit ' quare usure cessent et contractus vsurarum et inde hanc cartam fieri iussit. Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus interfui et Scripsi ⋮ (*nt*).

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continebatur. sic continetur et in isto et me subscripsJ ;

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et sic in isto (*sic*) continebatur et sic in isto continetur et me subscripsi ∴

CCCXIX. [6 ottobre 1233].

[*De*] *Cessione Jur*[*ium*]. *Rodulfi* [*farorfi Comuni Albe.*] (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die Jouis. VI. intrante. octubre. Jn alba in ecclesia sancti Johannis. presentibus testibus domino Paulo trosello milite potestatis. Rufino mollo. et Willelmo de quaranta. Rodulfus farorfus ante solutionem cessit dedit atque mandauit domino Willelmo careocio albensium potestati nomine et vice comunis albensium recipienti. omnes suas rationes et Auctiones et iura realia et personalia utilia et directa quas et que habebat uel habere uidebatur uersus Ardicionem de reuello debitorem et Vbertum de reuello deffensorem et heredes et res eorum et detentores

---

segue è di altra mano. (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

ipsarum rerum occassione unius debiti. librarum. x. astensium. quas ipse Ardicio ei dare debebat ut continetur in carta inde facta ab Ottone notario Jn Anno domini. M.CC.X. Jndictione. XIII. quod fuit primo die octubris. et uersus dominuM Vidonem de neuileis et res et heredes eius et res condam eius. occasione alterius debiti. librarum. XXIIII. et dimidiam (*sic*) astensium quas ipse dominus Vido dicto Rodulfo dare debebat ut continetur in carta inde facta a Robaudo (2) notario. Jn anno domini. M.CC.XX. Jndictione. VIII. XV. Kalendas. Januarii. et omnia alia iura et raciones quas et que habet uel posset exigere in castro uel posse Niuilearum et in terris uenditis Ottoni rape et Baudraco palio et specialiter in braida seu loco ubi dicitur ad pratum magagnanum quibus coheret ecclesia sancte Marie de plano de neueis. Comunia. Tinella et Vie. et si que alie Sunt coherentie. Tali modo quod dictus potestas et eius successores in regimine ciuitatis albe pot[estates]. uel consules nomine comunis albe et ipsum commune realiter et personaliter utiliter et directe ita possint agere causari deffendere et experiri et uti et modis omnibus se tueri sicut dictus Rodulfus facere poterat ante cessionem. faciendo dictum potestatem nomine comunis procuratorem in rem suam uel alium quem comune constituerit ad intrandam possessionem. et fuit confessus dictus Rodulfus se pro hoc dato et post datum recepisse ab eodem potestate nomine comunis. libras. LX. astenses. de quibus renuntiando exceptioni non numerate pecunie quietum et pagatum se tenuit. et ibidem ipse Rodulfus iurauit supra dei euangelia quod de predictis debitis non fecerat inde datum donum uel cessionem aliquam seu alienationem alicui persone uel comuni per se nec per alium in totum nec in partem. et si inueniretur fecisse promixit et iurauit dicto potestati predicto nomine omne dampnum euictionis uel expensarum ipsi comuni restituere sub obligatione omnium bonorum suorum. Insuper fecit eidem potestati nomine predicto absolutionem omnimodam de omni eo quod ipse haberet uel petere posset. in (3) dicto loco neuiliarum uel in posse. et specialiter in terris et possessionibus uenditis Ottoni rape et Baudraco palio de braida seu prato magagnano ut superius continetur. et si aliquod aliud instrumentum appareret per quod ipse Rodulfus posset aliquid petere uel exigere uel alius pro eo in rebus uel in castro seu in posse neuilearum: sit cassum et inutile et nullius ualoris. ita quod contra ipsum comune nec contra aliquem habentem causam a comuni nullo modo se iuuare possit ex eo. et hec omnia predicta iurauit et promixit attendere sub obligacione omnium bonorum suorum.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc. precedente.* (2) F. 220 *r.* (3) *Lo spaziato è in*

Ego Mussus Bouiculus notarius palatinus Jnterfui et hanc inde cartam Scripsi ⋮ (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius. Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(4) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius. palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripsJ.

(5) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in eo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi

CCCXX. [7 ottobre 1233].

Poses[sionis] aprehensio. iur[ium] Rodulfi [farolfi] in neuileis etc. (sic) (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die ueneris. VII. intrantis. octubris. Rodulfus farolfus dedit domino Willelmo careocio albensium potestati nomine et uice comunis albe recipienti corporalem possessionem omnium terrarum et possessionum quas ipse Rodulfus habebat uel habere uidebatur in posse et territorio neuilearum uel sancti sistri. et omnium iurium que habebat in eis et specialiter illarum terrarum quas comune albe vendidit Ottoni rape et Baudraco palio et nominatim in braida seu loco ubi dicitur ad pratum magagnanum. quibus coheret Ecclesia sancte Marie de plano de neueis. Comunia. Tinella. et vie. et ipsum potestatem in eis posuit nomine ipsarum et aliarum omnium possessionum que habebat in dicto territorio nomine comunis albe. Actum in dicta braida magagnana. presentibus testibus domino Paulo trosello milite potestatis albe. Johanne palido. Cunrado filio Nicolai de montaldo. Robaudo notario de neueis et Jordano de monasterio sancte Marie de plano. Ego Mussus bouiculus notarius palatinus Jnterfui et ScripSJ ⋮ (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus.

---

sopralinea; segue cancellato et (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è nel margine sinistro, di mano del sec. XVI.* (2) *Quanto*

Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in eo continebatur. sic et in isto continetur. et me subscripsJ.

(3) S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et sic in isto (*sic*) continebatur et in isto continetur et me subscripsi .·.

CCCXXI. [18 gennaio 1234].

(1) [*De*] *Controuersia nouelli et montisclari sententia.* (2)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. quod fuit. XVIII. intrante. Januarii. Cum Obertus raferius sindicus comunis albe prout apparet per instrumentum factum per manus Willelmi de quaranta notarii. sub. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. quod fuit die mercurii. XIIII. exeunte. Januario. ad dicendum et denunciandum domino Gratapalee et Jacobino filio condam domini Henrici de carreto. (quod) sentenciam et pronuntiationem latam per comune ast et Allerium de milano potestatem astensium. nomine ipsius comunis inter comune albe ex una parte et Gratapaleam et Jacobinum predictum ex altera de facto nouelli et montiscleri nolle firmum (*sic*) esse nec ei stare set omnibus predictis contradicere. dictus Obertus raferius cum fuisset ad nouellum cum me Robaudo badello et mandasset domino Gratapalee per Ogerium mussum tunc saltarium comunis quod ipse uolebat habere colloquium cum dicto Gratapalee (*sic*). dictus Gratapalea mandauit ei quod deberet uenire solummodo cum socio suo. et tunc dictus Obertus et ego Robaudus iuimus in caminata nouelli ubi nullus erat nisi ipse et nos. et diximus ei quod faceret uenire de suis ad Audiendum ea que ei dicere uoluerimus ex parte comunis albe. et ipse Gratapalea respondit et dixit quod nollebat quod aliquis audiret predicta uerba nisi ipsemet et nos dum ipse Gratapalea esset. et tunc dictus Raferius presente me Robaudo badello dixit domino Gratapalee (quod) sentenciam datam a comune ast et A potestate dicti comunis inter comune albe ex una parte et Gratapaleam et Jacobinum predictum ex altera de facto nouelli et montiscleri nolle firmam esse nec ei stare. et ego Robaudus legi ei scriptum et cartam sindicati. postea quando fuimus descenduti de caminata nouelli iusta scalam petre presente Caldera de munexilio. Robaudo cunradengo. Petro de raconixio. Henrico caldera domino Brocardo. Ogerio musso. Beldono de nouello. Willelmo de capiteuille testibus. dictus Obertus raferius dixit alta uoce quod dictus Obertus nomine comunis albe nollebat stare nec obseruare sentenciam

---

segue è di altra mano. (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 221 *r.* (2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXVIII. (3) *Quanto segue è di*

latam per comune ast et per Allerium de milano astensium. potestatem. nomine ipsius comunis inter comune albe ex una parte et Gratapaleam et Jacobinum predictum ex altera. et specialiter super pronuntiationem et diffinitionem Nouelli et montiscleri. et omnibus supradictis nomine comunis albe contradicebat. Et ego Robaudus badellus notarius his omnibus interfui et precepto dicti Oberti raferii et rogatus a dicto Oberto hanc cartam ScripSJ .˙ (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius. Autenticum huius exempli vidi et legi. et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret Significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripSJ.

(S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in eo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsi

CCCXXII (1). [18 gennaio 1234].

Sind[*icatus*]. *ad contradic*[*endum*] *sent*[*entie*]. [*per*] *Ast*[*enses*] *late etc.* (2)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die mercurii. XIIII. exeunte. Januario. Jn alba in ecclesia sancti damiani presentibus testibus Andrea costancio et henrico. boçardo. Jn pleno conscilio albe per campanam bis pulsatam more solito congregato dominus Girardus Josbertus iudex domini Willelmi careocii potestatis albe et eius vicem gerens uoluntate consciliatorum et ipsi consciliarii constituerunt et ordinauerunt et fecerunt Obertum raferium sindicum et Auctorem comunis albe ad contradicendum sentencie seu sentenciis et pronuntiacionibus seu arbitracionibus late uel latis seu factis a comunj (3) ast uel ab alio pro comuni inter comune albe ex una parte et Gratapaleam et Jacobinum filium domini henrici de carreto condam ex altera. et ad dicendum pro comuni albe predictis Gra[tapalee]. et Ja[cobino]. quod sentencia seu sentencie et pronuntiaciones seu arbitraciones lata uel late a dicto comuni de ast dicto comuni albe displicent et ad dandam dictam attestacionem contradictionem seu displicionem et faciendam coram predictis et ipsis in scriptis et ad omnia facienda que pertinent ad predicta facienda secundum iuris ordinem. promittentes quicquid ipse

---

altra mano. (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. sopra doc.* CCCXIII. (2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXVIII. (3) co-

fecerit uel dixerit sese ratum et firmum perpetuo habituros ac si per dictum comune albe specialiter esset factum. Ego Willelmus de quaranta notarius palatinus interfui et precepto iudicis scripsi.

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi. nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(4) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius. palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsj.

(5) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in eo contine b a tur (6) sic et in isto continetur et me subscrip[*s*]i.

CCCXXIII. [28 novembre 1233].

[*De debito Baldraci palii Willelmo Tortono.*]

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione VI. die lune. IIII. kalendas decembris. presentia testium infrascriptorum. Willelmus tortonus notarius constituit et fecit Rodulfum farulfum suum certum nuncium et procuratorem ad recipiendum et ad postulandum. illas. libras. XXX. astenses. quas Baldracus palius ipsi Willelmo tortono dare debet et que sunt de uno debito librarum. LX. astensium. de quo debito Mussus bouiculus notarius cartam fecit que libre. XXX. fuerunt ad terminum ad octabam sancti Martini proxime preteritam. promittendo ipse Willelmus tortonus habere ratum et firmum totum illud quod ipse Rodulfus fecerit in recipiendis dictis. libris. XXX. ac si ipse Willelmus tortonus ibi presens esset et in sua propria persona recepisset. Actum in costegloleis Testes pançeta becc̄ (1) et Tebaudus farulfus de (2) niuuilis. Ego Willelmus tortonus notarius palatinus interfui et sic scripsi:

(3) (S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt) (nt) (nt) (nt) (nt) (nt)*

(4) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius. palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur. sic et in isto continetur et me subscripsJ.

---

munj *è corretto su* comune. (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.* (6) *Lo spaziato è in sopralinea.*

(1) *Sic*: beccus *o* beccutus? (2) R: et (3) F. 221 *r*. (4) *Quanto*

(5) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continetur sic et in isto et me subscripsi .·.

CCCXXIV. [4 febbraio 1234].

[*Preceptum factum hominibus*] *Montisfortis.* (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIIII. Jndictione. VII. die sabati. IIII. intrante. februario. Jn alba in domo de natarellis presentibus testibus domino Paulo milite potestatis. Aldo botacio. Ottone rubeo et Petro ferramenta. dominus Willelmus careocius potestas albensium precepit infrascriptis hominibus montisfortis eorum nomine et nomine omnium (2) aliorum hominum montisfortis in pena malorum et dampnorum que ipse potestas et comune albe eis facere uel inferre posset ne faciant fidelitatem nec sacramentum alicui homini absque uoluntate et preceto *(sic)* suo et comunis albe. quorum nomina sunt hec. § Rofredus de trofarello. § Otto rebecutus. § Otto sapiens. § Andrea de ualle çelata. § Vbertus bolla. § Willelmo filiastro *(sic)* mainfredi ocche. § Anselmo *(sic)* muccagata § Willelmus muratori *(sic)*. § Willelmo fratri *(sic)* Viberti bouis. § Arnaudo panparato *(sic)*. § henrico uliuerio *(sic)*. § et Vberto more *(sic)*. et inde potestas hanc cartam fieri iussit. Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et Scripsi ⁝ *(nt)*

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram Silabam uel punctum quod mutaret significationem. *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)* *(nt)*

(3) (S. T.) ET EGO henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. Autenticum huius exempli uidi et legi et quod in illo continebatur sic et in isto continetur et me subscripsJ.

(4) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli (5) vidi et legi et quod in illo continetur sic et in isto et me subscripsi .·.

CCCXXV. [13 novembre 1233].

[*Requisitio facta dominis*] *Montisforti ut fac*[*iant*]. *fidel*[*itatem*]. *Alb*[*ensibus*.] (1)

(S. T.) Anno domini. M.CC.XXXIII. Jndictione. VI. die dominico. XIII

---

segue è di altra mano. (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXX. (2) omnium *è dopo* hominum, *con richiamo a* nomine (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.* (5) *Lo spaziato è in sopralinea.*

intrante. nouembre. Jn monteforti Jn Airali sperone et filiorum suorum. presentibus testibus Jacobo occulo capre. et Girardo iosberto. dominus Willelmus careocius potestas albensium requisiuit a domino Jacobo de monforto. henrico maiore. Rodulfo de monforto. et Viacio de guasco. ut facerent fidelitatem comuni albe sicut debent. et inde hanc cartam dictus potestas fieri iussit. Ego Mussus bouiculus notarius palatinus interfui et ScripSJ ⁝ (*nt*)

(S. T.) Ego Robaudus badellus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripsi nichil addens uel minuens preter litteram Silabam uel punctum quod mutaret significationem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius Palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi et quod in illo continetur. sic et in isto et me subscripsi.

(3) (S. T.) Et ego Albertus notarius palatinus Autenticum huius exempli vidi et legi. et quod in illo continetur sic et in isto et me subscripsi .·.

CCCXXVI. [26 o 27 settembre 1235] (1).

[*De confessione Johannis luuorini habitatoris Sauillani.*]

(2) § Jn nomine domini Amen. Albe in domo censs[oldorum] die Mercurii vigesima septima Septenbris Millesimo. cc°. xxxv°. Jndictione viii^a^. Johannes luuorinus habitator Sauillani confitetur recepisse et habuisse a domino Willelmo emb[riaco] potestate Albe nomine et vice comunis Albe integram Solucionem in peccunia numerata de libris Sexagintaquatuor. et solidis tribus. Quam comune Albe ei dare tenebatur vt apparet manifestum per instrumentum publicum factum et conpositum manu peroni de darcianno notarii Sacri Palacii Millesimo cc°. xxxi°. die Martis Secundo decenbris. Jndictione quarta. A me Palodino notario visso et lecto. Renunciando exceptioni non numerate peccunie. et non recepte siue Solucionis non facte et omni Juri. Vnde dictus Johannes absoluit et liberauit comune dictum ab omni obligacione qua ei tenebatur et tenetur occasione predicta seu Aliqua alia occasione. et promissit dictus Johannes. dicto willelmo. recipienti nomine et vice dicti comunis quod ipse de cetero per se uel alium.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* cccxx. (2) *Quanto segue è di altra mano.*
(3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il 27 settembre 1235 era di giovedì, non di mercoledì. E dunque errato il giorno del mese o quello della settimana.* (2) F. 222 *v.* (*Il* f. 222 *r. è in bianco*). *Questo foglio e il seguente sono di mano d'altro notaio.*

nullam faciet Pecticionem. seu requisictionem molestiam. nec Actionem mouebit de predictis denariis nec occasione ipsorum versus dictum comune. seu aliquam aliam personam Albe vel districtus. et si in aliquo contrafaceret promissit ei omnia danpna et expensas restituere que fierent a dicto comuni vel ab aliqua alia persona pro comuni occasione predicta aliquo modo sub obligacione bonorum suorum. Testes Guillelmus de uaragine et Marencus aldus

(S. T.) PAlodinus de sesto Aule Jnperialis Notarius Rogatus scripsi.

CCCXXVII. [26 ottobre 1235].

[*Diffinitur cause*] *Homicidii* [*Symiomi de Bestagno*] *cog*[*nitionem*] *spect*[*are*] *Comuni alb*[*ensium.*] (1)

§ Jn nomine domini Amen Anno Millesimo. cc°.xxxv°. Jndictione viii^a^. die veneris vigesimo Sesto. octubris. Jn claustro Sancti laurencii. Jn presencia testium infrascriptorum Cum questio verteretur inter dominum Guillelmum de braida episcopum Albensem ex una parte. et dominum Willelmum emb[riacum]. potestatem Albe nomine et vice comunis dicti. et ipsum comune ex altera. vtrum cognicio. Accussacio. examinacio. et deffen[s]io. homicidii facti in Symiomum de bestagno seruitorem dicte potestatis. per homines dianni in posse et territorio Albe. et Maxime per Albertum filium Aug[ustini] remondati prout dicitur de ipso Alberto. Debeat fieri diffiniri examinari. et sentenciari Sub examine dicti Episcopi. et per ipsum Episcopum. An per comune Albe Seu sub examine dicti comunis Ego Ruffinus de ripa Judex cognitor questionis predicte. vissa questione. et intellecta A partibus diligenter. visis et perlectis Alegacionibus vtriusque partis. et diligenter inspectis habito quoque plurim[*or*]um Sapientum conscilio. (et) Dico. et prononcio Jurisdictionem ad comune spectare. et quod cognicio dicti homicidii. Accussacio. et deffensio. fieri debeat coram ipso comune. Testes Guiffredus ferr[arius] Judex. Androninus palius. Marencus Aldus. Willelmus de uaragine. Petrus mergoci(u)us. et Maengo (*sic*) prepositus.

(S. T.) PAlodinus de sesto Aule Jnperialis Notarius Jussu Predicti Judicis et Rogatus scripsi

CCCXXVIII. [14 novembre 1235].

Confes[*sio*]. *sol*[*utionis*]. *librarum. 40* [*per Iacobum priorem Pontissturie pro preposito et conuentu mortariensi.*] (1)

§ Jn nomine domini Amen. Anno. domini Millesimo. cc°. Trigesimo.

---

(1) *Il titolo è nel margine sinistro, nel solito carattere del sec. XVI.*

(1) *Cfr. nota* (1) *del doc. precedente.*

quinto. Jndictione VIII^a. die Mercurii XIIII nouenbris. Jn alba in domo. censs[oldorum]. Jacobus prior de ponte sturie. Syndicus Actor et deffensor. constitutus. A domino Gir[ardo] preposito mort[ariensi]. et conuentu ecclesie Sancte crucis de mortaria ut Apparet per instrumentum publicum factum manu Belloni rannerii. M°.CC°.XXXV°. Indictione VIII^a. die dominico vndecimo mensis novenbris A me Palodino notario visso. et lecto. confessus fuit integram Soluccionem. et Satisfactionem habuisse et recepisse in peccunia numerata. omni exceptioni non numerate peccunie. et non facte. Sattisfactionis Renunciando A domino Willelmo emb[riaco]. potestate Albe. nomine et vice comunis albe de omni eo quod comune Albe dicto conuentui olim dare debuit Aliqua de causa. et specialiter libras Quadraginta astenses. quas comune Albe eidem Jacobo. nomine dicti conuentus dare tenebatur. occasione danpni et Jncendii et vasti. quod dicebatur factum fore in ecclesiis de neueis [*et de brayda*] A dicto [*comuni*] vel ab alio pro eo secundum tenorem sententie late per dominum G[uillelmum]. albensem episcopum. vnde fecit dicto comuni finem reffutactionem et Pactum de non petendo de cetero Aliquid A dicto comuni. quod ei vsque in diem hodiernum causa Aliqua teneretur. et promissit non inquietare nec molestare de cetero dictum comune. nec Alium pro comuni pro dicta occasione nec impedire per se vel alium sub obligacione bonorum omnium dicti conuentus. Testes Paganus cerratus. Girardus maffonus. Willelmus de uaragine et Johannetus saltarius.

(S. T.) PAlodinus de sesto Aule Jmperialis Notarius Rogatus scripsi : —

CCCXXIX. [12 ottobre 1235].

[Confessio comitis Guiffredi de Lomello de fodro imperiali.]

(1) § Jn nomine domini Amen. Anno domini Millesimo CC°XXXV°. Jndictione VIII^a. die veneris XII octubris Albe in domo censs[oldorum]. Dominus Guiffredus comes [*de*] lomello se confitetur recepisse et habuisse A domino Guillelmo emb[riaco] Potestate Albe nomine et vice comunis Albe in pecunia numerata libras vigintiduas et solidos X Astensium pro Regaliis domini imperatoris de Annis quinque proxime preteritis Ac integram soluctionem de toto eo quod comune Albe ei dare tenebatur occasione predicta vsque ad festum Sancti Martini proxime venturum et de id (*sic*) quod ad illud festum recipere debet Renuncians exceptioni non numerate peccunie et non facte soluctionis et omni Juri. vnde Absoluit et liberat comune Albe de predictis de-

(1) F. 223 *r*.

nariis quos recepit et demum de omni eo quod ei comune tenebatur usque adhuc ipso termino conputato et promissit de cetero [*quod*] contra comune nullam faciet pecticionem [*et*] molestiam nec questionem mouebit Sub obligacione bonorum suorum. Testes Guiffredus ferr[arius] lauden[sis] et Willelmus de uaragine.

(S. T.) PAlodinus de sesto Aule Jmperialis Notarius Rogatus scripsi

CCCXXX. [s. d., ma certo 1235].

[*De compromisso et sentencia inter Comune Albe et Boninum Peltie*].

§ Jn nomine domini Amen Albe in ecclesia Sancti Johannis in pleno consci[*li*]o Per campanam bis pulsatam more solito congregato Boninus peltie ex una parte et consciliarii qui Ad illud conscilium fuerunt ex Altera nomine et uice comunis compromisserunt sese in dominum Willelmum emb[riacum]. potestatem Albe de omni eo quod dictus boninus peteret et posset petere A comuni Albe occasione Modiorum Sexdecim Spelte quam sibi comune vendidit (*sic*) et quam dicebant consciliarij comune albe habere omni Anno in villa et hominibus sancti Systri et porcorum duorum valencium solidos viginti et ipsum arbitrum et arbitratorem et largam potestatem ellegerunt et amicabilem compositorem ita quod possit et debeat sententiare et diffinire Accordio Juris ordine non seruato et promisserunt dicte partes habere firmum quod dixerit dictus Arbiter sententia uel Accordio Sub pena librarum vigintiquinque. rato manente Accordio obligantes pignori scilicet boninus dictis consciliariis nomine comunis bona sua et consciliarii bona comunis. Qui Dominus Willelmus Arbiter incontinenti dixit et Pronunciando sententiauit quod comune Albe pro dictis Juribus det et soluat dicto Peltie libras Quindecim in quibus stet contentus et pro ipsis Absoluat comune. et Jura cedat et Jn comune transferat racciones. Sub pena predicta Testes Guiffredus ferr[arius]. et Ruffinacius conradengus

(S. T.) PAlodinus de sesto Aule Jmperialis Notarius Rogatus scripsi

CCCXXXI. [20 dicembre 1235].

Sol[*utio*]. *pro annis sex pro regal*[*ibus*]. *Jmper*[*atoris.*] (1)

§ Jn nomine domini Amen. Anno domini. M°.CC°.XXXV°. Jndictione VIII^a. die vigesima Decenbris in alba in ecclesia sancti Johannis in pleno conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato.

---

(1) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.*

Dominus Guido et Jacobus filii domini Nicolai de lomello confitentur recepisse et habuisse in peccunia numerata A domino Guiffredo ferr[a r i o] laudensi iudice comunis Albe. Jntegram Soluctionem et Satisfactionem de libris xv. Astensibus in una parte pro a[n]nis sex proxime preteritis pro Regalibus imperatoris. Jtem pro anno isto currente. M°. cc°.xxxv° die dicta libras Duas. et solidos decem. quas eadem causa debebant recipere Ad sanctum Martinum proxime preteritum Renuntiando exceptioni non numerate peccunie et soluctionis non facte et omni Juri vnde Absoluunt et liberant dictum comune de toto eo quod dictum comune sibi (Aliquid) debet usque ad festum Sancti Martini proxime preteritum et promisserunt nullam de cetero de predictis nec occasione ipsorum facere pecticionem [*seu*] requisitionem molestiam nec acctionem mouere et facere et curare ita quod dictus Nicolaus ratam habebit soluctionem factam dicto Jacobino sub obligatione bonorum suorum omnium Testes Nicolaus de strata et Willelmus de uaragine.

(S. T.) PAlodinus de sesto Aule Jmperialis Notarius Rogatus scripsi.

CCCXXXII. [10 dicembre 1235].

Sol[*u t i o*]. *librarum* 50 [*Pellerino de Ottone prando.*] (1)

§ Jn nomine domini Amen. Anno domini M°.cc°.xxxv°. Jndictione VIII^a^. die. Decima Decenbris. Albe in domo censs[o l d o r u m] presentibus et testibus conuocatis. Nicolao de strata et Willelmo de uaragine. Peller[*in*]us de ottone prando procurator Jacobi lançauetule. nomine ipsius Jacobi. confitetur habuisse et recepisse A domino Guiffredo ferr[a r i o] laudensi Judice comunis Albe. nomine et vice comunis. integram soluctionem. et Satisfactionem in peccunia numerata. de libris Quinquaginta Astensibus. quas comune dicto Jacobo. dare et soluere tenebatur secundum tenorem (2) instrumenti facti manu mei Palodini notarii M°.cc°.xxxv°. Jndictione nona (*sic*). die XXII. Madii. occasione expensarum quas dicebat [*fecisse*] in montereali tempore sui regiminis. Renunciando excepctioni non numerate peccunie. et Soluctionis seu Satisfactionis non facte. vnde dictus peller[*i*]nus. nomine dicti Jacobi absoluit comune dictum. Ab omni obligactione qua ei tenetur Aliqua de causa. et promissit nullam facere pecticionem. de predictis nec occasione ipsarum nec actionem mouere. et facere et curare ita quod dictus Jacobus in dicta soluctione sibi facta stabit tacitus et contentus. nec contraueniet sub obligactione bonorum suorum.

(S. T.) Palodinus de sesto Aule Jmperiali[*s*] Notarius Rogatus scripsi.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc. precedente.* (2) *Segue cancellato*: fact

CCCXXXIII. [23 agosto 1254].

(1) D[ominus]. *thomas* M[*archio*]. *salutiarum* [*fit*] *ciuis etc.* (sic) (2)

(S. T.) Anno domini a natiuitate. Millesimo. Ducenteximo. Quinquageximo. quarto. Jnditione. Duodecima. die dominico nono exeunte Agusto. Jm pleno Consilio ciuitatis albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus Tomas marchio salucearum in manus domini Lafranchi ususmaris potestatis albe recipiente (*sic*) vice et nomine comunis ciuitatis albe Constituit se ciuem comunis ciuitatis albe in perpetuum et citainaticum predicte ciuitatis iurauit facere atendere et obseruare eo modo et e a (3) forma quo et qua dominus Mainfredus Marchio de saluceis condam se constituerat ciuem ciuitatis albe et citaynaticum dicte ciuitatis iurauerat secundum quod continetur in Jnstrumento olim facto de dicto citaynatico per Willelmum de pruneto. notarium et specialiter Jurauit predictus dominus Tomas marchio emere vel emi facere in ciuitate albe domum unam de precio. librarum. Centum. astensis monete. Ad minus! et soluere fodra et alias parias et condiciones ciuitatis albe facere de. libris. Quatuorcentum. astensis. monete. secundum quod similiter continetur in predicto Jnstrumento olim per predictum Willelmum de pruneto. notarium. facto quod Jnstrumentum hic Jnferius est notatum. Et eo saluo quod domus quam emet dictus dominus Tomas marchio in ciuitate albe non possit capi A comuni albe pro fodro quod dictus Marchio non solueret nec dari in solutum alicui creditori. Qui predictus Dominus LafrancuS. potestas. albe vice et nomine comunis albe voluntate omnium consiliariorum qui erant in dicto conscilio et ipsi consiliarii receperunt predictum dominum Toma(u)m marchionem salucearum in ciuem comunis ciuitatis albe et promiserunt et Jurauerunt dictum dominum Tomaum et eius bona defendere et manutenere et omnia alia ei facere et conplere et atendere que continentur in predicto Jnstrumento de dicto citaynatico facto per predictum Willelmum de pruneto notarium. Et hec omnia fecerunt dictus potestas vice et nomine comunis albe et ipsi consiliarii salua pace facta inter comune albe et comune astensium. Tenor cuius supradicti Jnstrumenti facti per predictum Willelmum de pruneto notarium taliS est.

(4) (S. T.) Anni domini. M.CLXXXXVIII. Jnditione I. quod fuit. XIII. Kalendas. aprilis. Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Jn presentia testium quorum nomina inferius Scripta reperiuntur. Talis est con-

---

(1) F. 224 *r.* (*Il* f. 223 *v. è in bianco*). *Qui comincia un'altra mano.* (2) *Cfr. nota* (1) *del doc.* CCCXXXI. (3) *Lo spaziato è in sopralinea.* (4) *Cfr.*

uentio perpetue hunitatis et amicicie atque concordie firmata Jnter dominum Mainfredum marchionem de saluceis: et dominum Leonardum de cruce albensium potestatem nomine comunis ciuitatis albe. Que concordia et hunitas atque amicicia (*sic*) dictus Mainfredus marchio de saluceis et dominus Leonardus nomine comunis ciuitatis albe Jurauerunt unus uersus alterum: silicet dominus Mainfredus marchio de saluceis versus dominum Leonardum de cruce albensium potestatem nomine comuniS tocius ciuitatis albe et versus omnes albenseS ciues tam foritaneos quam intrinsecos quos albenses. habent et habebunt. et dictus Leonardus de cruce et albenses ciues versus prefactum marchionem de saluceis et versus homineS tocius eius Jurisdictionis bona fide usque in perpetuum omni fraude et malo ingenio ab utraque parte remoto prout inferius Scriptum inuenietur salua fidelitate imperii attendere et obseruare et ratum et firmum semper habere et tenere. Jtem Jurauit dictus marchio Mainfredus de saluceis se esse ciuem ciuitatis albe. de. libris. cccc. astensis monete. et ciuem inde se constituit: et quod domum propriam in alba habebit usque ad proximam. diem futuri festi pasce ad minorem quantitatem centum. librarum. et quod a modo parias et condicioneS ciuitatis albe faciet de (5) predictis. libris. cccc. et fodrum ex ipsis persoluere cum in ciuitate albe colligeretur: quod fodrum et condiciones seu parias Albenses per unum nuncium a predicto Mainfredo marchione exigere faciant. et si tunc ipse marchio Mainfredus non solueret: liceat albensibus ciuibus ipsum fodrum et condiciones seu parias exigere et habere ubi uoluerint uel super hominibus fareglani aut marcenaschi sine contradictione dicti Mainfredi marchionis et eius heredum. Jtem Jurauit dominus Mainfredus marchio quod faciet Jurare omneS homines sue Jurisdicionis quod Juuabunt et saluabunt (3) omnes ciues ciuitatis albe tam foritaneos quam intrinsecos et res eorum bona fide et sine fraude contra omnem hominem preter contra eorum dominos de suo. Preterea Jurauit antedictus marchio Mainfredus iuuare et saluare dictum Leonardum albensium potestatem nomine comunis albe uel consules seu potestates in alba sucedentes et omnes albenses ciues siue intrinsecos siue foritaneos quos nunc habent et de cetero habebunt de his rebus quas nunc tenent et possident et aquisierint bona fide pro eius posse contra omnem hominem preter contra eius dominos de suo: et quod exercitum siue exercitus et omnes equitacioneS. quas albenses ciues pro comuni ciuitatis albe ab eo pecierint pro tempore quo requisitus fuerit faciet nisi parabola potestatis albe uel consulum remaneret: et ad tempus in eorum occursu cum equitibus et peditibus nullo malo ingenio habito ueniet preter contra eius dominos de suo

nec ab eis discedet absque eorum (3) licentia. Exercitus vero faciet predictus Mainfredus marchio de saluceis albensibus omnibus suis costis et mesionibus. Equitationes uero marchio predictus mesionibus albensium faciet excepta persona sua et aliorum quos in mensa sua habere uoluerit. De facto exercitus et equitationis eodem modo teneantur albenses marchioni Mainfredo et eius heredibus ut predictum est marchio Mainfredus de saluceis albensibus ciuibus teneri: et ita Jurauit dominus leonardus albensium. Potestas. nomine comunis albe et alii ciues albenses qui Jurauere bona fide marchioni Mainfredo et eius heredibus omni malo ingenio et fraude remota bona fide atendere et obseruare. Jtem non teneantur albenses marchionem Mainfredum de saluceis contra iusticiam marchionis Bonefacii montisferrati et astensium ciuium Juuare. Et si forte aliqua persona unius partis [quod deus aduertat, capta fuerit, et illa pars] in seruicio cuius capta fuerit talem personam habuerit per quam in congruum cambium illa persona que capta est haberi possit teneatur illam personam ei dare. Jtem Jurauit dominus leonardus albensium. potestas. et omneS albenses ciues qui Jurauere nomine comunis albe dominum Mainfredum marchionem de saluceis et eius heredes et omnes homineS tocius sue iurisdicionis iuuare et saluare contra omnem hominem bona fide et sine malo ingenio de sua Justicia: et omnes pactioneS et conuentioneS predicto marchioni Mainfredo de saluceis et eius Heredibus et omnibus hominibus sue Jurisdicionis atendere et obseruare et ractas et firmas habere et tenere: et quod faciet Jurare omnes homineS iurisdicionis albe prefacto marchioni Mainfredo et eius heredibus et hominibus sue iurisdicionis illud idem usque in perpetuum atendere et obseruare et firmum habere senper et tenere. Jtem Juramenta ista de tercio in tercio anno ab utraque parte renouentur. et potestas albe seu consules et (6) credendarii albe annuatim iurabunt omnes pactiones et conuenctiones marchioni Mainfredo de SauceiS et eius heredibus atendere et obseruare et in breue in quo potestas uel consules iurabunt Scribatur et numquam deleatur. Mainfredus vero marchio de saluceis si potestas uel consules uoluerint annuatim iurabit pactiones et conuentiones predictas albensibus atendere et obseruare et firmas tenere et habere et tot homines sue Jurisdicionis iurare faciet illud idem obseruare et atendere quot ex albensibus iurabunt et quod albenses eligere uoluerint. de his omnibus predictis teneatur supradictus Mainfredus marchio: saluo eo quod dominos suos de suo iuuare possit: et hoc ab utraque parte salua fidelitate imperii usque in perpetuum atendatur. Actum est hoc in alba in ecclesia sancti lau-

---

sopra doc. XI. (5) F. 224 *v.* (6) F. 225 *r.* (7) R: cognimine (8) *In*

rentii in concione. vbi fuerunt testes rogati ! dominus vbertus comes de cocona. Obertus de montealdo. Otto de montearono. Tebaudus de de uiglano. Mussus salarius de mediolano. et Judex domini Leonardi albensium. potestatis. Martinus de reuello. Anricus de nouello. alii quamplures. Et ego. notarius. Willelmus cognomine (7) uocatus de pruneto. (fui) Rogatus a domino Mainfredo de saluceis et a domino leonardo albensium potestate sic scripSi ⁝

Actum albe super vo[*l*]tis sancti laurentii Jbi fuerunt testes vocati et rogati dominus Manuellis comes de Blandrato. dominus Bonefacius de ploçasco. dominus Jacobus de sumaripa paderni. dominus Nicoletus de braida. Anselmus de morocio. lafrancus mensura. Henricus filius predicti domini lafranchi albensium. potestatis. Boninus de gouono. petrus bauduinus ⁝ — Et inde duo Jnstrumenta uel plura eiusdem tenoris mihi notario. infrascripto fieri precepit ⁝- (8)

Et ego Gulielmus de bella notarius. His Jnterfui rogatus et hoc Jnstrumentum preceto *(sic)* predicti Marchionis et predicti potestatis scripSJ ⁝- ⁝- ⁝-

(S. T.) Et ego Laurencius de somano notarius autempticum huius noui exempli uidi legi et inquissiui a principio usque in finem et sicut in ipso continebatur sic et in isto nouo continetur exemplo nichil adens uel minuens preter formam literarum uel pontum fortasse uel l[*i*]teram solam uel silabam set non mutant significationem precepto domini Homoboni de presico *(sic)* iudicis domini Saxoni confalonerii potestatis albe sic exemplaui et me subscripSJ.

(9) (S. T.) Et ego Bonefacius bossus notarius autempticum huius noui exempli uidi legi Jnquisiui et ascutaui et sicut in illo continebatur sic et in isto continetur exemplo nec plus nec minus quod mutet significationem et me pro teste subScripSJ ⁝ ⁏ ⁝

(10) (S. T.) Et egó philipuS mollus notarius cognoui hoc quod dictum est a laurencio de somano esse uerum et me pro teste subscripsci. (*nt*) (*nt*).

CCCXXXIV. [17 aprile 1252].

Marchiones Ceue [*fiunt*] *ciues Alb*[*enses*] (1)

(2) (S. T.) Anno dominice natiuitatis Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo secundo. Jndictione decima. Die decimo septimo. Jntrantis aprilis. Jm pleno consilio comunis albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus Thebaudus de oscasali potestas albe

---

(8) *questo segno è ripetuto nove volte.* (9) *Quanto segue è di altra mano.*
(10) *Quanto segue è di una terza mano.*
(1) *Cfr. n.* (1) *del doc.* CCCXXVII. (2) F. 225 *v. Qui comincia a scrivere*

uoluntate et consensu omnium uel maioris partis consiliariorum albe qui in eodem consilio affuerunt et ipsi consiliarij uice et nomine comunis receperunt dominum Georgium marchionem ceue suo nomine et nomine dominj Manuelis fratris eius cuius procurator est ut patet per publicum Jnstrumentum factum per Jacobum coretum de ceua notarium sub Anno dominj Millesimo. Ducentexìmo. quinquagexìmo. secundo. Jndictione decima. die sabati. terciodecimo aprilis. etç. (*sic*). Et Andream filium domini leonis condam Marchionis de ceua suo nomine et nomine fratrum suorum et per ipsos dominos Georgium et Andream dictos dominum Manuelem et fratres dicti domini Andree in ciues albe. Qui uero domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine predictorum dominj Manuelis et fratrum ipsius domini Andree sese constituerunt ciues albe. et promiserunt dicto domino Thebaudo de esca*sa*li potestati albe recipienti et stipulanti nomine comunis quod ement in alba et eius territorio tantas posessiones que excedent summam librarum Sexgentarum computata in eis domo quam habent in albensi ciuitate per terminos Jnfrascriptos. Videlicet hinc ad kalendas ianuarii proximas reficient dictam domum et libras. centum dabunt in terris. et a kalendis ianuarii proximis uenientibus usque ad unum annum ement terras ualentes. libras. Ducentas. et ab ipso termino usque ad alium annum proximum subsequentem ement tantas terras que ualebunt alias libras. ducentas. Jtem promiserunt dicti domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine dicti dominj Manuelis et fratrum dicti dominj Andree dicto domino Thebaudo potestati stipulanti nomine dicti comunis albe quod unus eorum uel unus ex fratribus ipsorum uel filiis eorum cum uno socio guarniti de milicia pro guera stabunt in alba si comune albe se pro guerra incauallaret nisi remanserit per licentiam potestatis uel consulum albe pro tempore existentium. et proinde non debent habere aliquid A comuni albe pro scontro milicie uel pro expensis. Jtem non debe[*a*]nt uel teneantur uel conpelli possint per potestatem uel comune albe predicti domini Georgius et Andreas. Manuel et fratres dicti domini Andree dare uel soluere aliquod fodrum. mutaium uel dacitum aliquod in alba seu comuni albe. Jtem si comune albe faceret exercitum suum specialem. dicti domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine dicti dominj Manuelis et fratrum dicti domini Andree promiserunt dicto domino Thebaudo potestati albe stipulanti uice et nomine comunis albe venire in eumdem exercitum in seruicium comunis albe semel in anno cum decem militibus et ducentis peditibus. et stare in ipso exercitu per quindecim dies Jnter ire et stare et redire et proinde nichil habere a comuni albe debeant pro expensis uel soldis. Jtem

dicti domini Georgius et andreas eorum nomine et nomine dicti domini Manuelis et fratrum dicti domini Andree promiserunt dicto domino Thebaudo potestati albe stipulanti nomine dicti comunis albe quod si dictum comune faceret uel iret in expeditione uel caualcata sua propria: quod unus eorum uel fratrum aut filiorum suorum ueniet in dicta expeditione seu caualcata in seruicium comunis albe bis in Anno cum vigintiquinque militibus et quod stabunt in qualibet caualcata per octo dies inter ire stare et redire. et proinde nichil. habere debeant a comuni albe pro soldis uel expensis. Jtem dicti dominus Georgius et Andreas eorum nomine et nomine dicti domini Manuelis et fratrum (3) predicti domini Andree promiserunt dicto domino Thebaudo stipulanti uice et nomine dicti comunis albe custodire et saluare uniuersos albenses et de iurisdictione im personis et rebus suis per totam terram ipsorum Marchionum. Set si comune albe iret in exercitum uel caualcatam siue expedicionem dicti Marchiones non debent (4) adiuuare dictum comune albe seu homines dicti comunis contra episcopum astensem. Si idem dominus episcopus pro se et non pro alio haberet guerram cum comuni albe. Eodem modo nec contra dominos Marchiones de crauexana. nec contra dominum Mainfredum de carreto. nec contra dominum Mainfredum Lanceam. nec contra homines de burgo sancti dalmatii. nec contra homines de baennis nec contra homines de batifollo. nec contra comune ast. Jtem dicti domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine domini Manuelis et nomine fratrum dicti domini Andree promiserunt dicto domino Thebaudo potestati stipulanti uice et nomine dicti comunis albe adiuuare et defendere albenses et eorum terram in terra et posse ipsorum Albensium contra quamlibet personam preter quam contra dominum Jmperatorem et contra dominum Mainfredum de carreto et contra comune Ast. Jtem predicti domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine predicti domini Manuelis et predictorum fratrum domini Andree promiserunt eidem domino Thebaudo potestati stipulanti nomine comunis et hominum ciuitatis albe et Claraschi et iurisditionis eorum. quod per totam terram ipsorum Marchionum dabunt consilium et iuuamen ciuibus albe et claraschi et omnibus de iurisditione eorum ad consequendum eorum debita A debitoribus eorum et ad capiendum cambia in territorio et iurisditione ipsorum dominorum Marchionum ceue de bonis debitorum ipsorum ciuium et de iurisdictione eorum vndecumque et vbicumque fuerint reperta in territorio et iurisdictione ipsorum Marchionum ceue excepto contra

---

un altro notaio. (3) F. 226 *r.* (4) *Lo spaziato è in sopralinea, di primo*

homines Astenses. Versa uice dictus dominus Thebaudus potestas uolunmate ipsorum consiliariorum et ipsi consiliarij uice et nomine communis (5) albe promiserunt dictis dominis Georgio et Andree stipulantibus eorum nomine et nomine dicti domini Manuelis et fratrum predicti domini Andree quod s i (4) ipsi Marchiones ceue uel aliquis ipsorum Marchionum ceue faceret uel facerent exercitum suum specialem: quod comune albe mitet in eundem exercitum in servicio eorumdem Marchionum ceue uel illius eorum qui exercitum faceret. decem Milites. et ducentos pedites semel in anno. qui in eodem exercitu stabunt per quindecim dies inter ire stare et redire et proinde nichil habere debeant ab ipsis dominis Marchionibus ceue uel aliquo ipsorum pro expensis uel soldis. Jtem dicti dominus Thebaudus potestas et consiliarij uice et nomine dicti comunis albe promiserunt dictis domino Georgio et Andree stipulantibus eorum nomine et nomine predictorum domini Manuelis et fratrum dicti domini Andree quod si Jidem domini Marchiones ceue uel aliquis eorum Marchionum ceue facerent uel irent in expeditionem uel caualcatam suam propriam: quod comune albe mitet in eandem expeditionem siue caualcatam in seruicium dictorum Marchionum uel illius ipsorum qui dictam caualcatam uel expeditionem faceret vigintiquinque milites bis in anno. qui stabunt in qualibet caualcata seu expeditione per octo dies inter i r e (4) stare et redire et proinde nichil habere debeant ab ipsis Marchionibus Ceue uel ab aliquo eorum pro soldis uel expensis. Jtem d i c t i (4) dominus potestas et consiliarij vice et nomine comunis albe promiserunt dictis dominis Georgio et Andree stipulantibus eorum nomine et nomine dictorum domini Manu(6)elis et fratrum predicti domini Andree quod dictum comune et homines albe et Claraschi et iurisditionis eorum custodient et saluabunt dictos dominos Marchiones Ceue et uniuersos homines eorumdem marchionum fideles ipsis Marchionibus de iurisditione eorumdem dominorum marchionum Ceue in personis et rebus per totam terram albe et claraschi et iurisdictionem eorum et eos defendent a quolibet per totam terram albe et Claraschi et Jurisdictionem eorum excepto A comuni ast. Set si dicti domini Marchiones Ceue uel aliquis eorum irent uel iret in aliquem exercitum uel caualcatam seu expeditionem: comune et homines albe et de iurisditione non debent eum uel eos adiuuare contra comune Astensium. Eodem modo nec [*contra*] homines de Baennis nec contra uasallos comunis albe uel ciues ipsius comunis albe uel Claraschi. Jnter quos ciues uel uasallos comunis albe uel Claraschi non intelligantur illi de nigella de ualle tanagri. nec illi de Bagnasco. de Garrexio de vlmeta. nec aliqui alii a Nigella superius habitantes. Set predicti de

niella et ualle tanagri et a niella superius habitantes omnesque supra exceptati. Jntelligantur a citainatico et vassallatico seu fidelitate comunis albe et Claraschi penitus exceptatj. nisi solummodo de eo quod haberent in monte et cuneo et Jurisditione montis et Cunei. et Jta quod predictus locus nielle uel eius territorium uel alia loca que sunt in valle tanagri a niella superius et territoria eorundem. non inteligantur de iurisdictione neque de territorio montis uel cunei. Jtem dicti dominus Thebaudus potestas et consiliarij uice et nomine comunis albe promiserunt predictis dominis Georgio et Andree stipulantibus eorum nomine et nomine d i c t i (4) dominj Manuelis et fratrum dicti domini Andree quod comune albe adiuuabit et defendet dictos dominos Marchiones Ceue et eorum terram in eorundem marchionum terra et iurisdictione contra quamlibet personam preter quam contra dominum Jmperatorem et Comune Ast. Jtem dictus dominus Thebaudus potestas et consciliarii uice et nomine comunis albe promiserunt eisdem dominis Georgio et Andree stipulantibus eorum nomine et nomine dicti domini manuelis et fratrum dicti domini Andree et hominum fidelium eorumdem dominorum Marchionum quod per totam terram et iurisdictionem comunis albe et Claraschi dabunt consilium et Juuamen dictiS dominis Marchionibus et hominibus fidelibus ipsorum dominorum marchionum et omnibus de iurisditione eorum eis fidelibus: ad consequendum eorum debita a debitoribus eorum et ad capiendum cambia in territorio et iurisditione ipsius comunis albe et claraschi de bonis debitorum ipsorum marchionum et de bonis debitorum hominum fidelium eorundem Marchionum. excepto contra comune et homines Astenses. Preterea dicti domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine dictorum domini Manuelis et fratrum predicti domini Andree ex una parte. et dicti dominus Thebaudus potestas albe et consiliarij uice et nomine comunis Albe ex altera conuenerunt Jnter sese quod predicti domini Marchiones uel alter ipsorum predictam domum et terras aut partem earum Alicui persone albe uel extra albam non dabunt in feudum nec in pignore nec alio modo Alienabunt nec earum godias. nisi ipsas godias uenderent. Et si dicti domini marchiones Ceue venirent ad diuisionem uel res suas diuiderent: non possint predictas possessiones vllo modo diuidere set eas comuniter tenere et possidere debeant. et Albenses potestates uel consules qui pro tempore fuerint in regimine Ciuitatis albe non possint nec debeant ipsas possessiones nec a l i q u o d (4) earum alicui in solutum dare nec alio modo eisdem dominis Marchionibus Auferre occasione

---

mano. (5) R: cōs cōs. (6) F. 226 *r.* (7) F. 227 *r.* (8) F. 227 *v.*

alicuius cambij uel laudis uel aliciuius debiti uel debitorum quod uel que ipsi domini Marchiones uel patres aut fratres eorum (7) alicui olim debuissent uel de cetero deberent. Que omnia et singula prout superius scripta et determinata sunt predicti domini Georgius et Andreas eorum nomine et nomine predictorum domini Manuelis et fratrum predicti domini Andree ex una parte Et dictus dominus Thebaudus potestas voluntate et consensu predictorum consiliatorum vice et nomine dicti comunis albe et ipsorum consiliariorum et in animas ipsorum consiliariorum hoc specialiter ei iubentium ex altera corporaliter tacto libro iurauerunt attendere et obseruare et nullo tempore contrauenire set predicta rata et firma habere et tenere. et quod predicta omnia et singula prout superius scripta sunt et determinata sequentes potestates et consules albe qui pro tempore fuerint in eiusdem regimine Ciuitatis et predictj domini Marchiones Ceue quolibet Anno Jurabunt attendere et obseruare et habere rata et firma et in contrarium non uenire. Et quod similiter omnes homines albe et Claraschi. et omnes homines subditi dictis marchionibus Ceue ad presens et deinceps de tribus in tribus annis Jurabunt predicta omnia et singula prout superius scripta et denotata sunt attendere (4) et obseruare bona fide et sine fraude et habere rata et firma et in contrarium non uenire. et eorum Juramento ea omnia et singula ratificabunt. Que omnia et singula predicti dominus Thebaudus potestas et consiliarij vice et nomine comunis albe fecerunt et promiserunt et facere et refirmare debent et Jurari facere per homines albe et Claraschi Saluo comuni et hominibus Ciuitatis AstensiS. et saluo citainatico ipsorum. et pactis et conuentionibus pacis facte inter comune ast ex vna parte et comune albe ex altera et saluis vassallis et Ciuibus comunis albe et Claraschi. et Saluis pactionibus Jnter comune ast et albe ex vna parte et comune Cunei uel comune montis ex altera factis. Jtem et Saluis hominibus Sauiliani et foxani cum ipsa loca uel alter eorum fuerit de amicicia comunis ast et albe. Hoc tamen Jntellecto quod castellani uel homines nigelle de valle tanagri et Castellani et alii homines de valle tanagri a nigella superius habitantes non intelligantur Ciues uel vassalli Ciuitatis albe uel claraschi. nec Jntelligantur habitatores Cunei uel Montis nisi pro hiis solummodo rebus quas habent in iurisdictione montis uel Cunei. Jta quod villa et territorium domini et homines Nielle predicte. vlmeta domini et homines vlmete. Garrexium domini et homines garrexij. Bagnascum. maximinum. nucetum. perllum. Scagnellum. Monestarolium *(sic)*. sichineum. MonsgrossuS. et alia loca de ualle tanagri a nigella superius habitantes. domini et homines et territoria ipsorum locorum non intelli-

gantur de iurisdictione uel territorio Cunei uel montis nec im predictis pactis exceptatis per comune albe Jntelligantur. Et Eo maxime Jntellecto quod comune et homines albe debeant et teneantur iuuare defendere et manutenere predictos dominos marchiones et terram quam habent in terra ipsorum marchionum et posse et Jurisdictione eorum ad totum posse comunis albe vt supra legitur contra quamlibet personam preter quam contra dominum imperatorem et contra comune Astensium. non obstantibus exceptationibuS Supradictis. Et que omnia predicta dominJ Georgius et Andreas eorum nomine et nomine predictorum dominorum manueliS et fratrum domini Andree predicti fecerunt et promiserunt et facere et confirmare debent et iurari facere per homines ipsorum Marchionum Saluo comuni astensi. Et insuper predicti domini Georgius et Andreas Marchiones Ceue promiserunt dicto domino Thebaudo potestati vice et nomine comunis albe se facturos et curaturos (8) ita quod dominus Manuel marchio predictus et fratres predicti domini Andree eodem modo promitent et iurabunt ut ipsi domini Georgius et Andreas promiserunt et supra iurauerunt. Omnia autem predicta facta fuerunt inter comune albe et predictos dominos marchiones pro confirmandis et renouandis Citainatico et promissionibus adque (*sic*) conuentionibus alias olim habitis Jnter predictum comune et dominum Willelminum filium domini Willelmi Marchionis de ceua condam pro se et predicto Willelmo patre suo et fratribus eiusdem domini Willelmi marchionis Ceue vt constat per Jnstrumentum factum per manum martini alamanni notarii. Anno domini. Millesimo. Ducentesimo. decimo octauo. die sabati tercio die Jntrantis nouembris Jndictione Sexta. etç (*sic*). De quibus omnibus dictus potestas nomine comunis albe. et predicti domini Georgius et Andreas plura Jubserunt fieri Jnstrumenta. Actum albe. Jn ecclesia sancti Damiani: Jbi fuerunt testes Rogati. BoS cerratus. Henricus bonus petrus. dominus meliusratus Judex. dominus Alexander de persea. dominuS viuaudus de ratione Judex de Sagona. dominus Willelmus de marcha iudex et Belengerius de Bagnasco .'. ,

Et ego Willelmus de strata Jmperialis notarius interfui et Rogatus scripSJ .·, .·, .·,

(S. T.) Et ego Bonefacius bossus notarius autempticum huius exempli uidi legi et Jnquisiui a principio usque ad finem et sicut in ipso continebatur sic et in isto nouo continetur exemplo nichil addens uel minuens preter puntum litteram uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni de persico Judicis domini Saxoni confalonerij potestatis albe Sic exemplaui et me subscripSJ .·. .', .·. ,

(9) (S. T.) Et ego philipuS molluS notarius cognoui hoc quod dictum est a bonefacio boxio notario esse uerum et me pro teste subscripseJ. (*nt*)

(10) (S. T.) Et ego laurentius de somano notarius manifeste vidi et cognoui quod dictum est a Bonefacio (11) boso notario superius esse uerum et me pro teste subscripSJ .',

CCCXXXV. 23 agosto 1254].

Jnuestitura albensium. d[omino]. Thome Mar[chioni]. Saluc[earum] de Castro et villa fareglani etc. (1).

(S. T.) Anno domini. A natiuitate. Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo. quarto. Jndicione. duodecima. Die dominico nono exeunte augusto. Jn pleno consilio ciuitatis albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus Lafrancus ususmaris potestas albe uoluntate omnium consiliariorum qui erant in dicto consilio congregati vice et nomine comuniS ciuitatis albe inuestiuit dominum Thomaum marchionem salucearum per se et heredes suos masculos et feminas in nobile et gentile feudum de castro et villa fareglani cum omni contitu et iurisditione pertinenti ad dictum [*castrum*] et villam! Eodem modo et eadem forma quo et qua pater et auus ipsius Thome olim tenuerunt dictum castrum et uillam A comuni albe et de omni alio (2) feudo quod predecesores ipsius Thome teneban(tur) a dicto comuni. Qui dominus Thomas marchio de saluceis ibidem et incontinenti iurauit et fecit fidelitatem predicto potestati recipienti uice et nomine comunis albe predicti de predicto castro (3) et villa contitu et iurisdictione fareglani et de omni alio (4) feudo quod tenerent olim predecesores predicti domini Thome a comuni albe. Et specialiter promisit et iurauit dictus dominus Thomas Marchio predicto potestatj recipienti vice et nomine comunis albe predicti reddere predictum castrum fareglani munitum et inmunitum ad uoluntatem comunis albe predicti. Quam inuestituram predicti feudi predictus potestas uice et nomine (4) comunis albe fecit dicto domino Thome Marchioni secundum pactum olim de dicto feudo facto inter dictum comune albe et dominum mainfredum marchionem de saluceis condam ut patet de dicto feudo per Jnstrumentum factum per Willelmum de pruneto. notarium. Jnferius denotatum. Et predictus vero dominus Thomas marchio similiter predictam fidelitatem et predicta sacramenta fecit

---

(9) *Quanto segue è di altra mano.* (10) *Quanto segue è di una terza mano.*
(11) R: Bonefacio bonefacio

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXXXI. (2) R: alii (3) F. 228 *r.* (4) *Lo spa-*

et attendere promisit dicto potestati. nomine comunis albe. secundum tenorem predicti Jnstrumenti et omnia alia facere et attendere que in dicto Jnstrumento de dicto feudo continentur. Tenor cuius instrumenti de dicto feudo talis est. (5) Anni domini. M.C.LXXXXVIIJ. Jndicione. I. quod fuit. XIII. kalendas aprilis. Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Jnuestituram nomine gentilis feudi fecit dominus Leonardus albensium potestas nomine tocius comunis Ciuitatis albe in manibus domini Mainfredi marchionis de saluceis nominatim de castro et villa cum toto contili et cum omnibus eius pertinenciis fareglani et de toto eo quod ipse Mainfredus marchio de saluceis nomine comunis Ciuitatis albe dicto domino Leonardo albensium. potestati in castro et uilla et in contili marcenaschi et in eius pertinenciis dederat. Saluo eo quod dictus leonardus albensium. potestas uel alia potestas. seu consules albensium in alba succedentes ex ipso castro fareglani et villa nomine comunis albe et de tota parte Castri et uille marcenaschi marchionis mainfredi cui uoluerint pacem et guerram iniant et faciant et quod ipsum castrum et uillam fareglani habeant quando uoluerint pro guerra facienda et pace munitum et immunitum quando eis placuerit: et partem totam dominj Mainfredi marchionis Castri marcenaschi et uille. Tali modo ut predictus Mainfredus marchio de saluceis eiusque heredes masculi uel femine teneant et habeant et possideant a comuni albe pro gentili feudo et legali castrum fareglani et uillam cum toto contili et cum omnibus eius pertinenciis et totum illud quod ipse mainfredus marchio dicto leonardo de cruce albensium potestati dederat in castro et uilla marcenaschi et in toto contili et in omnibus eius pertinenciis nomine comunis Ciuitatis albe. Saluo eo quod predictum est de castro et uilla fareglani et castro et uilla marcenaschi. Et cum dominus leonardus ita inuestisset marchionem mainfredum de saluceis in se suosque heredes masculos et feminas de predicto feudo ipse mainfredus marchio statim antedicto domino leonardo nomine comunis ciuitatis albe fidelitatem fecit et Jurauit quod cum poneret opidanos seu castellanos in predictis castris uel poni faceret: quod cogeret castellanum seu castellanos fareglani et marcenaschi iurare quod facerent pacem et guerram de predictis castris omnibus hominibus quibus potestas seu albenses consules uoluerint et quod redderent potestati albe seu consulibus predicta castra. quando eis placuerit munita et immunita. Jtem iurauit quod bona fide operam daret vt potestas. albe seu consules albenses haberent predicta castra munita et immunita quando eis li-

---

ziato è in sopralinea. (5) *Cfr. sopra doc.* XVII. (6) R: licitum. (7) F.,

bitum (6) fuerit. et quod albensibus omne (*sic*) fraude et ingenio remoto custodientur et saluentur. Actum in alba in ecclesia sancti laurencii in concione vbi testes fuerunt Rogati dominus Vbertus comes de cocona. Martinus de reuello. Obertus de montealto. Thebaudus (7) de uiglano. Octo de montarono. Anricus de nouello. Mussus salarius de mediolano. et Judex dominJ leonardi albensium potestatis. Alij quamplures. Et ego notarius Willelmus cognomine uocatus de pruneto fui et Rogatus hoc Jnstrumentum scripSJ. ⁊ .·, Actum albe super uoltis sancti laurencii ubi fuerunt testes uocati et rogati. Dominus manoellis comes de blandrato. dominus Bonefacius de ploçascho. dominus iacobus de summaripa paderni. dominuS nicoletus de braida. Ansermus de morocio. Lafrancus mensura. Henricus filius predicti domini Lafranchi potestatis albe. Boninus de gouono. petrus bauduinus. Et Ego Willelmus de bella notarius. His Jnterfui rogatus et hoc instrumentum precepto dicti marchionis Thome et predicti potestatis ScripSJ ; - (8).

(S. T.) Et ego Bonefacius bossus notarius. aute[*m*]pticum Jnstrumentum uidi legi et Jnquisiui a principio usque ad finem et sicut in ipso continebatur ita et in isto continetur exemplo nichil addito uel diminuto preter punctum litteram uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni de persico iudicis domini Saxoni confalonerij. potestatis. albe sic exemplaui et me subscripSJ ⁊ — ⁊ ⁊ ⁊

(9) (S. T.) Et ego philipuS. mollus notarius uidi quod in isto auptentico pluS uel minus non continetur quam in instrumento continebatur quod mutet sensum neque uocum significacionem quare me subscripsci pro teste

(10) (S. T.) Et ego laurentius de somano notarius manifeste vidi et cognoui esse uerum quod superius dictum est a Bonefacio bosso notario. et me pro teste subscripsi.

CCCXXXVI. [23 agosto 1254].

[*Juramentum castellani Fareglani*].

(S. T.) Anno a natiuitate. domini. Millesimo. Ducenteximo. quinquagesimo quarto. Jndicione. duodecima. die dominico. nono exeunte agusto. Jn alba super voltis laurencii. presentibus domino manuello comite de blandrato. domino Bonifacio de ploçascho. domino iacobo de summaripa paderni. dominus Nicoletus (*sic*) de braida. Anselmus (*sic*) de morocio. Lafranchus (*sic*) mensura. henricus (*sic*) filius predicti domini Lafranchi. potestatis albe. Boninus (*sic*) de gouono. petrus (*sic*)

---

228 v. (8) *Questo segno è ripetuto sei volte.* (9) *Quanto segue è di altra mano.* (10) *Quanto segue è di una terza mano.*

Bauduino. testibus (et) rogatis Jni pleno consilio ciuitatis albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus Robaudus de drua castellanus castri fareglani precepto et uolu[*n*]tate domini Thome marchionis salucearum ibi presentis. ad sancta dei euangelia iurauit et promisit reddere castrum predictum fareglani munitum et immunitum domino Lafrancho ususmaris potestati albe recipienti: uel alio potestate. in alba pro tempore existente (*sic*) seu consulibus in alba existentibus nomine comunis albe: et de dicto castro facere pro comune c i u i t a t i s (1) albe quicquid in instrumento olim per Willelmum de pruneto. notarium facto continetur Sub Anno domini. M.C.LXXXXVIIJ. Jndictione. I. quod fuit XIIJ. Kalendas. Aprilis. etç (*sic*) ¬ ; ÷ ÷ ÷

Et Ego Willelmus de bella. notarius his Jnterfui rogatus et scripSJ.

(S. T.) Et ego Bonefacius bossus notarius. autempticum huius exempli uidi legi et Jnquisiui a principio usque in finem et sicut in ipso continebatur ita et in isto continetur exemplo nichil addens uel minuens preter punctum litteram uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni iudicis comunis albe Sic exemplaui et me subscripSJ

(2) (S. T.) Et ego philipuS mollus notarius cognoui hoc quod dictum est a bonefacio bosso notario esse uerum quare me pro teste subscripscj (*nt*)

(3) (S. T.) Et ego laurentius de somano notarius vidi manifeste et cognoui esse uerum quod dictum est superius a Bonefacio bosso notario. et me pro teste subscripsi.

CCCXXXVII. [2 agosto 1254].

[*De*] *Citainatico Manuellis March*[*ionis*] *Clauexane* (1).

(S. T.) Anno domini. a natiuitate. Millexímo. Ducentexímo quinquagexímo. quarto. Jndicione duodecima. die secundo intrante agosto. Dominus Manuellis m a r c h i o (2) de clauexana in manibus domini Lafranchi ususmaris potestatis albe recipientis (3) uice et nomine comunis Ciuitatis albe constituit se ciuem im perpetuum ciuitatis albe et loci claraschi: et citaynaticum predicte ciuitatis et loci claraschi iurauit facere attendere et obseruare et soluere fodra. et condiciones et parias predicte ciuitatis et loci claraschi facere: eo modo et ea forma quo et qua facere debet et tenetur dominus Bonefaci[*us*] marchio

---

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.* (2) F. 229 *r. Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.* (2) *Lo spa-*

de clauexana frater predicti domini Manuelli. secundum quod continetur de dicto citaynatico in instrumentis inde factis Jnter comune albe et clarasci.' et ipsum dominum Bonefacium. et inde plura Jnstrumenta eiusdem tenoris michi notario. infrascripto fieri preceperunt. Actum albe ad hospicium predicte potestatis. super lobia domus censoldorum. Jbi fuerunt testes uocati et rogati. dominus Çurius palius. dominus henricus censoldus. dominus Mainfredus de sancto Johanne. Daniellus ceua. oddinus de sancto Johanne. ; ; ; ; ; ; ;

Et Ego Willelmus de bella notarius. his interfui rogatus et scripSJ. ; : ;

(S. T.) Et ego Bonefacius bossus notarius. autempticum huius exempli uidi legi et inquisiui et sicut continebatur in ipso ita et in isto continetur exemplo nichil addens uel minuens preter puntum literam uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni iudicis comunis albe sic exemplaui et me subscripSJ ; ; ;

(4) (S. T.) Et ego philipuS mollus notarius cognoui hoc quod (2) dictum est a bonefacio bosso notario esse uerum et me pro teste subscripsej

(5) (S. T.) Et ego laurentius de somano notarius manifeste vidi et intellexi et cognoui esse uerum id quod superius dictum est a Bonefacio bosso notario. et me pro teste subscripsj.

CCCXXXVIII. [20 luglio 1253].

[*De*] *Jnuestitura pollentii* [*per Comune Albe et*] *Abbatem* [*Vberto de braida*] (1)

(S. T.) Anno domini A natiuitate. Millexiмо ducenteximo. quinquageximo tercio. Jndictione vndecima [*quod*] fuit die dominico vigeximo. Jntrantis Julij. Albe Jn ecclesia sancti laurencii. presentibus domino Willelmo marescoto. Ansermo çachara. Oberto marescoto. et volmanno mollo. testibus Rogatis. Jm pleno et generali conscilio comunis albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus lafranchus suardus. potestas albe uice et nomine comunis albe. et nomine abatis pollentij. et uoluntate et consensu omnium consciliariorum qui erant in dicto conscilio. Jnuestiuit dominum vbertum de braida. ibi presentem et recipientem nomine recti et (2) gentilis feudi per se et eius heredes masculos et feminas. de omni eo quod ipse dominus vbertus. habet uel habere uidetur (3) Jn pollencio. et posse et terri-

ziato è in sopralinea. (3) R: recipiente (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (1) *doc. prec.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) F.

torio pollencii. tam in terris quam in pratis. et aliis rebus exceptis terris de mensura. Jta quod exceptis terris de mensura. quas ipse dominus vbertus ibi habet. siue terre sint. siue prata uel alie possessiones omne aliud nomine feudi. et pro feudo habeat. ut predictum est pro quibus terris feudi. ipse dominus vbertus seruire teneatur comuni albe. tamquam uasallus facere debet de iure. et per consuetudinem feudorum. et non aliter terras uero mensure. seu mensurarum. Scilicet que dant drictum uel quartum. uel alios reditus. habeat et teneat. secundum usum et consuetudinem. secundum quam esse consueuerunt. et secundum quod sunt alie terre mensurarum pollencii. et ita predictus potestas. ipsum dominum vbertum habere et tenere uoluit perpetuo per se suosque heredes. res predictas. ut predictum [*est*]. predictus uero dominus vbertus. ibidem predictum. feudum. recipiendo facta inuestitura. Jurauit fidelitatem in ipso consilio ipsi potestati recipienti nomine comunis albe. et nomine abatis pollencij. pro rebus feudi supradicti. pro terris uero mensurarum. facere promisit comuni albe. et abati pollencij. prout facere debet et facere consueuerunt. Alie terre mensurarum pollencii. et Jnde duo Jnstrumenta unius tenoris michi infrascripto notario fieri precepta fuerunt ⁒

Et Ego Otto de sancto Johanne notarius comunis albe. hiis Jnterfui rogatus et sic scripSJ. ⁒ (*nt*).

(S. T.) Et ego Bonefacius bossus notarius. autempticum instrumentum uidi et legi huius exempli et ita ut in illo continebatur ita et in isto scripsi nec iungi nec minui preter punctum litteram uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni assessoris domini Saxoni confalonerii potestatis albe sic exemplaui et me subscripSJ. ⁒ ⁒ ⁒

(4) (S. T.) Et ego philipuS mollus notarius cognoui hoc quod dictum est a bonefacio bosso notario esse uerum et me pro teste subscripscJ

(5) (S. T.) Et ego laurencius de somano notarius manifeste vidi intellexi et cognoui esse uerum quod sup[*er*]ius dictum est per Bonefacium notarium. et me pro teste subscripSJ.

CCCXXXIX. [17 luglio 1255].

Sindicatus factus pro comuni Ast (1).

(S. T.) Anno domini a natiuitate. Millleximo Ducenteximo. quinquageximo quinto. Jndicione terciadecima. [*quod*] fuit die sabati XVIJ. Jntrante

---

229 *v.* (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.* (2) F. 230 *r.*

iulio. Albe super uoltis sancti laurentii presentibus domino Willelmo cerrato. domino Aicardo niello. Octone clericato. berguncio constancio. Oddino de sancto Johanne. testibus Jm pleno consilio per campanam bis pulsatam more solito congregato. Dominus Saxonus confalonerius potestas albe uoluntate consilio et consensu omnium consiliatorum dicti comunis qui erant in dicto consilio et ipsi consciliarij uice et nomine comunis albe fecerunt constituerunt et ordinauerunt Bonefacium de fantibus ibi presentem et recipientem certum sindicum autorem et procuratorem suum et dicti comunis albe ad faciendam promissionem comuni ast nomine comunis albe. et ad recipiendam similiter promisionem nomine dicti comunis albe a dicto comuni astensi seu a potestate et consilio comunis astensium. nomine dicti comunis astensium. de non recipiendo dominum brexanum de monte regali nec eius filios nec comune seu homines montis comuniter nec diuisim nec aliquem eorum in ciues alicuius ipsarum ciuitatum et de non faciendo aliquod pactum seu aliquam coniurationem in futuro tempore nec in preterito per aliquam ipsarum ciuitatum cum predictis domino brexano et filiis et cum comune et hominibus montis nec cum aliquo (2) ipsorum sine consensu et uoluntate alterius ciuitatis nisi secundum tenorem pacis olim facte Jnter comune ast et comune albe et secundum tenorem pacis olim tractate Jnter comunia dictarum ciuitatum ex vna parte et comune et homines montis ex altera prout in instrumentis inde factis per notarios. albe[*nses*] et astenses. continetur et non contra tenorem pacis predicte in aliquo. promittentes supradicti potestas et consciliarij albe uice et nomine comunis albe ratum et firmum habere et t e n e r e (3) perpetuo quicquid dictus sindicus fecerit in predictis et circa predicta et non contrauenire nec contrafacere in aliquo sub obligacione omnium bonorum comunis albe.

Ego Autem Mainfredus niellus notarius. hiis Jnterfui [*et*] rogatus scripSJ

(S. T.) Et Ego Bonefacius bossus notarius. autempticum huius exempli uidi legi et Jnquisiui et ita ut in illo continebatur ita et in isto continetur exemplo nichil addens uel minuens preter puntum literam uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni Judicis domini Saxoni confalonerij potestatis albe sic exemplaui et me subscripSJ.

(4) (S. T.) Et ego philipuS mollus notarius cognoui hoc quod dictum est a bonefacio bosso notario esse uerum et (5) me(i) pro .teste subscripscJ.

(6) (S. T.) Et ego laurentius de somano notarius manifeste uidi intellexi et co-

---

(3) *Lo spaziato è in sopralinea.* (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) R: et et (6) *Quanto segue è di una terza mano.*

gnoui esse uerum id quod superius dictum est a Bonefacio bosso notario. et me pro teste subscripsi ;

CCCXL. (17 luglio 1255).

Pactum Concordie inter d[ominum]. Saxonum confalonerium brixiensem potestatem albensium et d[ominum]. Jacobum de carreto March[ionem]. Saone (1).

(S. T.) Anno domini. A natiuitate. Millesimo. ducentesimo. quinquagesimo. quinto. Jndicione. terciadecima. die sabati. decem septem Intrantis Julij. Albe super uoltis sancti laurencii. presentibus Aicardo niello. Willelmo burgo. frederico çachar[*engo*]. Ogerio de marcenascho. Willelmo cunradengho. Oberto de neuileis. henrico ghiselberto. henrico bonopetro. Johanne cerrato. Johanne pintorio. Jm pleno conscilio ciuitatis albe per campanam bis pulsatam more solito congregato. Tale pactum amicicie pacis et concordie mutuo et inuiolabiliter obseruandum: inter dominum Saxonum confalonerium de brixia. potestatem. albe voluntate conscilio et consensu omnium consciliatorum qui erant in dicto conscilio nemine discordante: Quorum nomina inferius continentur: et ipsos consciliarios uice et nomine comunis albe ex una parte. et dominum iacobum de carreto marchionem Sagone per se et heredes suos ex altera: factum est et firmatum ad honorem dei et beati laurencii martiris et vtilitatem incrementum. et bonum statum dicti comunis et dicti marchionis. omniumque eorum fidelium et amicorum propicio conseruanda: § Silicet dictus dominus Saxonus potestas albe et consciliari[*i*] in eodem conscilio existentes et ipsum totum conscilium uice et nomine comunis albe et pro omnibus et singulis hominibus districtus et iurisditionis albe fecerunt et firmauerunt pacem finem remisionem pactum de non petendo im perpetuum et omnimodam absolutionem dicto domino iacobo pro se et omnibus hominibus suis et districtualibus suis. Et dictus dominus iacobus marchio ex aduerso pro se et omnibus hominibus suis et districtualibus fecit et firmauit similiter dicto domino Saxono. potestati albe et dictis consciliariis vice et nomine comunis albe et pro omnibus et singulis hominibus albe districtus et iurisditionis albe vicissim pacem finem remissionem pactum de non petendo im perpetuum de omnibus dapnis iniuriis guerris et obfensionibus quocumque modo et quocumque tempore usque ad presentem diem hinc inde per aliquam (2) ipsarum partium uel per aliquem hominem uel coaiutorem districtualem complicem et factorem

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXXXVIII. (2) F. 230 *v.* (3) *Lo spaziato*

alteriusque) partis uersus alteram partem seu uersus aliquem hominem uel coaiutorem districtualem complicem uel factorem alterius partis in personis. uel. rebus datis factis siue illatis et specialiter dictus dominus Jacobus marchio fecit dicto domino Saxono potestati albe et dictis consciliariis uice et nomine comunis albe pacem finem remisionem pactum de non petendo im perpetuum et omnimodam absolutionem de omni iure et omni eo quod ipse dominus Jacobus per se et pro domino henrico condam patre suo seu pro domino Gratapalea condam haberet uel habere uideretur seu petere posset uel posse petere videretur quocumque modo et quacumque de causa. in castro villa hominibus contitu et Jurisditione terris et possesionibus et castellenia montisfortis. Et specialiter in pançolio et turricelle *(sic)* et in omnibus aliis ad ipsum castrum et uillam et castelleniam montifortis pertinentibus: Et e conuerso similiter dictus dominus Saxonus potestas albe et consciliarij predicti et totum dictum conscilium vice et nomine comunis albe fecerunt dicto domino iacobo marchioni pacem finem remisionem pactum de non petendo im perpetuum. et omnimodam absolucionem de omni iure et omni eo quod dictum comune albe uel aliquis alius pro ipso comunj haberet uel habere uideretur quocumque modo et quacumque de causa. in castro uilla hominibus contitu et iurisdictione terris et possesionibus et castellenia nouelli et specialiter in braentino et monclero. et in omnibus aliis ad ipsum castrum et villam et castelleniam nouelli pertinentibus. Promittentes dicti. potestas. et consciliarij nomine et uice comunis albe ad inuicem stipulantibus quod aliqua ipsarum parcium alteram partem de predictis uel aliquo(d) predictorum per se nec per interpositam personam in perpetuum non conueniet nec molestabit nec inquietabit ullo modo nec ullo tempore nec ulla ingenii subtilitate de facto nec de iure Renunciantes vtraque pars ex certa s[*c*]ientia in omnibus et singulis supradictis. omni iuri ecclesiastico et ciuili et consuetudini quibus se tueri contra predicta(m) uel aliquod predictorum facere seu uenire possent: Jta quod in hac generali renunciatione contineatur et intelligatur contineri quo[*d*]libet speciale ac si de quolibet speciali expressim mencio facta foret; Et preterea si aliqua ipsarum parcium contra predicta. uel. aliquod predictorum in aliquo uel aliquibus ueniret aut faceret seu uenire aut facere attentaret quocumque modo de facto uel de iure in iudicio uel extra iudicium dicte partes uel vtraque pars ad inuicem una pars alteri parti stipulanti omnia dapna et expensas que et quas altera pars proinde substineret. uel. faceret restituere et integraliter resarcire promisit. Obligantes pro predictis omnibus et singulis attendendis et obseruandis dicte partes et utraque pars

alteri parti ad inuicem pignori omnia sua bona. silicet dictus dominus Jacobus omnia sua bona. et dicti potestas et consciliarij uice et nomine comunis albe omnia bona comunis albe. Jbidem et incontinenti et in eodem conscilio ciuitatis albe dominus Jacobus marchio supradictus Jm presencia predicti (3) dominj Saxoni potestatis albe recipientis uice et nomine comunis et ciuitatis albe et uoluntate et conscilio et consensu omnium consciliatorum qui erant in dicto conscilio nemine discordante constituit se et fecit ciuem ciuitatis albe im perpetuum pro se et heredibus suis [*et*] dictum citaynaticum facere et obseruare promisit et iurauit in eo modo et forma et illis pactis quibus pater eius condam dominus henricus de carreto marchio sagone se olim fecerat et constituerat ciuem albe prout ex instrumento inde facto per Willelmum bonanatum notarium. Anno. domini. Milleximo. ducenteximo. viginti. quatuor Jndictione duodecima. quod fuit die lune. quindecim. Jntrante Julio. euidenter apparet Saluo eo quod pro ipso citaynatico [*ad*] aliquod aliud dicto comunj. predictus dodominus Jacobus non teneatur nisi ad ea (4) que inferius continentur (et) que pacta seu conuentiones sunt hec. § Jm primis dictus dominus iacobus promisit quod ipse per se uel aliquis eius filius cum fuerit etatis annorum quindecim uel aliquis eius gener quem haberet pro tempore stabit ei habitabit in ciuitate albe sine expensis comunis albe tempore guerre. quo comune albe se comuniter incauallaret tanto tempore quanto uideretur potestati. uel consulibus albe pro tempore existentibus in regimine ciuitatis albe uel omnibus consciliariis albe uel maiori parti. hoc addito quod ipse dominus iacobus et filii eius et eius gener qui pro ipso domino iacobo habitaret in alba teneantur cum fuerint in alba uenire ad conscilium comunis albe cum per campanam fuerit congregatum. uel per nuncium comunis albe fuerint requisiti. et dare conscilium bona fide ad maiorem honorem et vtilitatem comunis albe secundum quod alii consciliarij ciuitatis albe tenentur exibere. § Jtem predictus dominus Saxonus Potestas albe nomine comunis albe uoluntate tocius [*conscilii*] predicti promisit dicto domino iacobo quod faciet poni in capitulo comunis albe et positum conseruabit. super quod Jurabunt. Potestates et consules albe pro tempore existentes in regimine dicte ciuitatis. Tali forma quod non possit remoueri conscilio uel alio modo. quod Potestas. uel. consules teneantur conuentiones inter predictum dominum iacobum ex una parte. et comune albe ex altera tempore predicti domini Saxoni. potestatis albe factas inuiolabiliter obseruare: nec ullum possit fieri contrarium capitulum et si factum fuerit cassum habeatur et quod faciet iurare emendatoribus capituli comunis albe ut ponant predictum capitulum.

in libro capitulorum comunis albe et quod aliquod capitulum contra non facient nec fieri permitent., § Jtem dictus dominus iacobus marchio promisit dicto domino Saxono potestati albe recipienti uice et nomine comunis albe dare potestatJ albe pro fodro et aliis pariis ciuitatis albe. libras sex. astenses. tantum et non plus pro possessionibus ualentibus libras. M. aut eciam. M. D. et si ultra aquisierit uel habuerit possessiones in districtu et posse albe soluat et soluere teneatur ex ipsis tantum plus de libris. VJ. pro rata dicto comuni ad racionem de libris. VJ. pro libris. M. et quantum aquisiuerit uel habuerit terras et possessiones Jn alba et iurisdictione albe. et hoc annuatim eo tempore quo colligeretur fodrum vniuersaliter per ciuitatem. albe. § Jtem tenea[*n*]tur potestas. et consules albe pro tempore existentes in regimine dicte ciuitatis et comune albe predicto domino iacobo et eius heredibus in iuuando defendendo et manutenendo eum et eius heredes tamquam alii ciui habitanti in ciuitate albe continue. eo tamen saluo quod dictus dominus iacobus et eius heredes non teneantur facere racionem coram potestati (*sic*). uel consulibus albe pro tempore existentibus aut aliqua alia facere iure citaynatici. quantum ad expensas et misiones ciuitatis albe preter ea que superius dicta sunt. Eo saluo et addito quod de possessionibus et frutibus *(sic)* quas et quos ipse dominus iacobus et eius heredes haberent uel adquirerent in alba uel iurisdictione albe teneantur facere racionem coram potestate. uel consulibus albe pro tempore existentibus in regimine ciuitatis albe. § Jtem tenea[*n*]tur dictus dominus iacobus et eius heredes facere racionem coram ipsis cuilibet ciui albe conquerenti de hominibus ipsius domini iacobi. uel eius heredum. § Jtem dictus dominus iacobus non possit nec debeat aliqua subtilitate ingenij uendere seu alienare uel in feudum dare alicui. aliquo modo. possessiones quas in alba uel posse albe aquireret uel haberet. ex libris. M. [*seu*] ex libris. M. D. quas comune albe ei dedit olim pro terris et possessionibus aquirendis in alba. et quod potestas et consules pro tempore existentes in regimine ciuitatis albe ipsas possessiones. occasione alicuius debiti ipsius domini iacobi uel eius heredum. uel alia de causa non possi[*n*]t uendere obligare uel alienare seu in solutum dare alicui nec substinere quod aliquis aliquo (5) modo ipsas possessiones. habeat et aquirat et hoc presens capitulum qui *(sic)* loquitur de possessionibus non alienandis habendis et aquirendis totum *(sic)* intelligatur et locum habeat postquam dictus dominus iacobus expedierit et retractauerit ab illis ciuibus albe qui nunc illas possessiones et terras tenent et possident quas idem dominus iacobus

---

è in sopralinea. (4) F. 231 *r.* (5) F. 231 *v.* (6) *Segue espunto*: vel

habet uel habere uidetur in posse et ciuitate albe. § Jtem Potestas et consules albe pro tempore existentes in regimine ipsius ciuitatis non possint conpellere dictum dominum iacobum nec eius heredes nec eis imponere ut de[*n*]t iuratores iure citaynatici. Eo saluo quod si ipse dominus iacobus uel eius heredes quod deus aduertat in aliquem ciuem facere[*n*]t uel fieri facere[*n*]t ferutam possit ipsos constringere sicuti alios ciues albe. § Preterea supradicti Potestas et consciliarij ciuitatis albe uice et nomine comunis albe ex una parte. et Supradictus dominus iacobus marchio ex altera parte. promiserunt utraque pars alteri parti ad inuicem stipulanti sese et eorum terram et homines. iura et honorem defendere iuuare et manutenere bona fide et sine fraude toto eorum posse et iuribus cum armis et sine armis requisiti et non requisiti. contra omnes personas et omnes vniuersitates. et loca. Salua in supradictis dicto comuni albe in omnibus. et per omnia pace facta olim Jnter ipsum comune albe ex una parte. et comune ast ex altera. et saluis predicto domino iacobo actionibus et conuentionibus omnibus citaynatico et fidelitate quibus dictus dominus iacobus tenetur comuni astensi. § Conuenit insuper inter dictum dominum Saxonum confalonerium Potestatem albe et consciliarios supradictos uice et nomine ciuitatis albe et comunis. ex vna parte. et dictum dominum iacobum marchionem. ex altera: speciali pacto et stipulatione. quod dictus potestas. seu aliquis in dicto regimine pro tempore sucessor uel sucessores aut dictum comune seu comune claraschi. uel aliquis pro comunJ seu ciues. uel districtuales ipsius ciuitatis. nullo tempore aliquem hominem ipsius dominJ marchionis seu heredum suorum. siue de terra et iurisdictione ipsius in ciuitate albe (6) habitatorem siue in eorum societatem uel. iuram. uel. conspirationem recipere debeant uel admitere seu aliquo ingenio retinere: nec ipsos contra ipsum dominum iacobum uel eius heredes defendere uel manutenere et quod alicui uel aliquibus qui eorum homines siue uasallos contra ipsos uellent defendere. uel. manutenere nullatenus debeant prestare seu impartiri. Jn hoc conscilium uel fauorem personalem uel. realem per se uel aliquam interpositam personam. § Actum quoque est et stipulatione (et) firmatum specialiter et expresim inter supradictos Potestatem et consciliarios ciuitatis albe. uice et nomine comunis albe et uice et nomine omnium et singulorum ciuium albe et omnium de districtu et iurisdicione albe. ex vna parte et predictum dominum pro se et heredibus suis ex altera. Quod comune albe et homines ciues et districtuales albe teneantur et debeant (7) facere et tenere stratam ad eundum uersus marinas partes. silicet uersus ianuam. Sagonam. et finarium. cum mercibus et ad uendendum

merces suas uersus predictas marinas partes. et a predictis marinis partibus uersus ciuitatem posse et districtum albe per terram predicti domini iacobi et eius heredum ab exitu poderii albe usque ad carcheras. silicet per arguellum. Gorçenium. et melexium. uel. per aliam stratam ipsius domini iacobi. si ab ipso domino iacobo. de uoluntate mercatorum albe alibi facciendam et tenendam esse stratam fuerit ordinatum: Quam quidem stratam predictus dominus Jacobus promisit habere et tenere saluam et securam. et omnes ciues et districtuales ciuitatis albe et homines claraschi et episcopi albe transeuntes et euntes et redeuntes cum mercibus per dictam stratam. et res et merces eorum saluare defendere et manutenere et saluos et securos et securas haberi et teneri facere contra omnes personas et contra omne collegium et vniuersitatem et omnia loca. § Et promisit idem dominus iacobus non exigere. capere. uel. ullatenus extorquere nec exigi. capi. uel ullatenus extorqueri permitere aliqua subtilitate ingenii a ciuibus (8) et districtualibus ciuitatis albe et episcopi albensis. nec ab hominibus claraschi. nec pro rebus seu mercibus. eorum in tota terra districtu et iurisditione ipsius domini iacobi. Nisi solo modo pedagia recta et antiqua. et antiquitus consueta tempore supradicti domini henrici condam patris ipsius domini iacobi. Et promisit idem dominus iacobus restituere et emendare et [*in*] integrum resarcire ciuibus districtualibus ciuitatis albe et hominibus claraschi et episcopi albe. euntibus redeuntibus et transeuntibus per dictam stratam. quicquid ipsi uel aliquis eorum in ipsa strata eundo stando uel redeundo amiserint aliter quam furtiue. Remitendo et cassando dictus dominus iacobus ex nunc omnes malatotas et exactiones illicitas factas seu impositas. actenus et que de cetero fieri uel imponi. possent in strata predicta uel. occasione ipsius strate ciuibus et districtualibus ciuitatis albe et episcopi albe et hominibus claraschi. uel. rebus seu mercibus eorumdem. et hoc intelligatur et locum habeat dum ipsi ciues et districtuales albe et episcopi et homines claraschi. tenerent stratam predictam. transeuntibus (nec) uel merces suas deferentibus per aliam stratam. uel per terram alterius quam dicti domini iacobi non teneatur dictus dominus iacobus obseruare quod dictum est de pedagiis et maletotis. § Jtem quod supradicti Potestas. et consciliarii ciuitatis albe vice et nomine comunis albe promiserunt dare dicto domino iacobo forciam auxilium et iuuamen ad manutenendum et defendendum securam dictam stratam et personas et res transeuntes et ductas per dictam stratam. et ad uindictam et restitucionem et emendam acci-

---

(7) *Lo spazio bianco è in* R. (8) F. 232 *r*. (9) R: pro dicto comuni

piendam et faciendam ab hominibus illis personis et uniuersitatibus que in dictam stratam offensionem dapnum. uel. Jniuriam facerent uel inferrent. et quod comune albe nouum pedagium. uel. teloneum. uel. malamtotam seu nouam consuetudinem non imponet de cetero hominibus dicti domini iacobi nec mercibus seu rebus eorum nec ab eis exige(n)t ullo modo. nec inde poni seu exigi permite(n)t in toto posse et districtu albe nec claraschi. ultra recta pedagia et antiqua. et si qua. uel. si que ultra recta et antiqua pedagia actenus fuissent imposita uel. imposite a predicto comuni dictum comune ea et eas ex nunc omnino cassat et irritat quantum ad homines et districtuales ipsius dominJ iacobi marchionis et res eorum. preter curadiam episcopi que pro episcopo tenetur sicut colligi consueuit. Ad hoc dominus iacobus supradictus promisit facere iurare homines suos attendere et obseruare quicquid dictum est de strata defendenda manutenenda et conseruanda. et de conseruandis bona fide et custodiendis et defendendis personis et rebus transeuntibus et ductis per dictam stratam. § Pro supradicta autem remisione. absolutione. et cessione. facta per dictum comune (9) albe supradicto domino iacobo marchioni de castro. uilla et castellania nouelli. ut superius dictum est promisit idem dominus iacobus sindico comunis albe ad hoc specialiter constituto silicet domino Frederico çacharengo. stipulanti uice et nomine comunis albe. dare et soluere dicto comuni albe. libras. M. astenses per illos terminos et illis terminis quos dominus Bonefacius albensis electus et supradictus dominus Saxonus potestas albe dixerint (10) pronunciauerint seu statuerint usque in annos sex. ab hodie computandos. et Jnfra dictos annos VI. Renuncians in predictis dictus dominus iacobus priuilegio fori conditioni sine causa. et ex iniusta causa. et omni alij iuri generali. et speciali. ecclesiastico et ciuili et omni consuetudini quibus se tueri posset contra predicta(m) uel aliquod predictorum. Jta quod in hac generali renunciacione contineatur (11) et intelligatur conpreendi (*sic*) quelibet specialis et expresim. Alioquin omnia dapna et expensas et interesse que et quas. et quod dictum comune uel. alius pro ipso comuni facerent uel. substinerent. pro supradicta quantitate pecunie petenda et exigenda in iudicio et extra iudicium. eundo redeundo et quocumque alio modo. si ipse dominus iacobus sua quaque die et terminis constitutis non solueret dictus dominus iacobus eidem (12) Sindico stipulanti uice et nomine dicti comunis restituere promisit Credendo conscilio dicti comunis et sindico. de dapnis. et expensis et interesse in eorum (13) suo proprio uerbo. sine sacramento:

---

(10) *Segue* seu *cancellato ed espunto.* (11) R: continuatur (12) *Lo spa-*

et sine aliqua probatione et pro predictis omnibus et singulis atendendis et obseruandis obligauit dictus dominus iacobus de carreto eidem sindico nomine et uice comunis albe pignori omnia sua bona. § Preterea conuenit et actum fuit specialiter et expresim et stipulatione firmatum inter supradictum potestatem et consciliarios comunis albe vice et nomine ipsius comunis ex una parte. et dominum iacobum ex altera. quod ipse dominus iacobus redat (*sic*) et restituat et reddere et restituere debeat vniuersis et singulis ciuibus et districtualibus ciuitatis albe (14). qui emera[*n*]t uel aliter quocumque modo aquisierant in nouello et territorio nouelli. terras et possessiones quas dictus dominus iacobus tenet et possidet seu tenere et possidere uissus est ab eo tempore citra quo recuperauit castrum et uillam nouelli (15). ad suum doneum totum illud precium et totam illam pecunie (16) quantitatem pro quo seu pro qua dicti ciues seu districtuales albe illas possessiones olim emerant uel aliter aquisiera[*n*]t a comunJ albe uel ab aliqua persona cum comune albe uel aliquis pro ipso comuni tenebat et possidebat castrum et uillam nouelli per illos terminos et in illis terminis quos supradicti dominus Bonefacius albensis electus et dominus Saxonus potestas albe dixerint pronunciauerint seu statuerint uel ipsis ciuibus et districtualibus albe omnibus et singulis redet et restituet adque dimitet pacifice et quiete omnes predictas terras et possessiones. sicut ipsi eas aquisierant a dicto comuni albe uel ab aliqua alia persona dum predictum comune uel alius pro dicto comuni tenebat et possidebat dictum castrum et uillam nouelli ut superius dictum est uel quod inde se cum eis aliter concordabit ad eorum beneplacitum et voluntatem. dimitendo tamen dictus dominus iacobus predictis ciuibus et districtualibus albe terras et possessiones. quas ipse dominus iacobus uel. pater eius condam habebat seu habere debebat in alba et posse albe. sicut ipsi ciues modo eas tenent et possident. et tenuerunt et possiderunt ab annis quinque citra. quousque ipse dominus iacobus uel alius pro eo dictis ciuibus satisfecerit de precio terrarum supradictarum uel ipsas terras et possessiones. nouelli. eis restituerit dimiserit ut superius dictum est uel inde se cum ipsis ciuibus aliter concordauerit. Jta tamen quod dicti ciues et districtuales albe cum recipient seu receperint a dicto domino iacobo uel ab alio pro eo satisfationem de terris et possessio-

---

ziato è in sopralinea, di prima mano. (13) F. 232 *v.* (14) R: ciuitatis *è dopo* albe, *con richiamo a* districtualibus (15) *Segue espunto e in parte cancellato*: per illos terminos et in illis terminis quos supradictus dominus Bonefacius albensis electus et dominus (16) R: peccuniam (17) R: quilibet

nibus. supradictis. faciant et facere teneantur eidem domino iacobo vendicionem cessionem et remissionem de terris et possessionibus. supradictis et si aliquid repereriretur ipsos ciues uel aliquem eorum (aliquid) ullo modo uel ullo tempore recepisse de dicto precio seu de emenda et restitutione dictarum terrarum et possessionum. illud totum ei. quod recepisset uel habuisset. in solucionem et emendam debeat conputari et tantum minus debeat eis dictus dominus iacobus restituere. Saluo tamen eo quod de fructibus et godiis quos et quas ipsi ciues percipissent. uel habuissent Jn dictis terris et possessionibus. cum eas tenebant et possidebant nichil eis in predictam solucionem et restitutionem precij debeat computari. Et eo similiter acto et addito specialiter et expresim. quod [*si*] aliquis habitator nouelli uel. alius homo dicti domini iacobi aliquid tenet Siue possidet seu uissus est tenere et possidere de terris et possessionibus supradictis in nouello et territorio nouelli. dictus dominus Jacobus pro se uel per castellanos. uel. iudices suos predictis ciuibus albe conquerentibus et cuilibet (17) eorum ius reddere et ius facere teneatur et debeat in nouello. de terris et possessionibus. supradictis. non obstante dictis ciuibus albe in peticione dictarum terrarum ulla temporis prescriptione. et eo similiter saluo. et addito in predictis quod predictus dominus iacobus uel alius pro eò non exigat neque accipiat nec exigi seu accipi permitat ullo modo. in Nouello uel territorio nouelli pedagium aliquod toloneum. uel malatotam ab aliquo ciue albe. uel districtu[*s*] albe nec de rebus seu mercibus alicuius ciuis albe uel districtu[*s*] albe nec ab hominibus claraschi. nec de rebus eorum in blaentino *(sic)* et montelero. § de Robariis uero. et male ablatis ab aliqua (18) ipsarum parcium factis. non tempore guerre et hinc inde. Jta conuenit et actum fuit inter predictas partes quod fiat diligens inquisicio per aliquos sapientes ad hoc electos pro dicto comuni et pro predicto domino iacobo quantum quisque de parte dicti comunis uel de parte dicti domini iacobi silicet ciuis albe uel. homo dicti domini iacobi per robariam uel uiolenciam ei factam amiserit et quantum ei ablatum fuerit et utrum aliquam et quantam restitutionem seu emendam acceperit habuerit uel fuerit consecutus et quod eum non recuperasse uel habuisse repertum fuerit ab alia parte ei restitui et emendari debeat Jntegraliter prout dicti. IIII.^{or} sapientes uel maior pars eorum dixerint statuendum. Et preterea omnes laudes et licentie cambiandi hinc inde concesse seu date ab aliqua ipsarum parcium. contra alteram partem uel contra aliquem de ipsa parte ex nunc cassentur et retractentur omnino. et pro cassis et uanis et irritis habeantur. Saluo eo quod non intelligatur robaria nec male ablatum nec in restitutione predicta. ueniat si quid captum

fuisset actenus uel ablatum ab aliqua ipsarum parcium. occasione pedagij. uel maletote usque ad presentem diem. § Jnsuper tractatum et ac(c)tum est et firmatum inter predictas partes specialiter et expresim. quod si aliqua parcium in aliquo cap[*itu*]lo de supradictis et Jnfrascriptis contrafaceret uel ueniret in aliquo non intelligatur. pro[*p*]terea [*rupta*] pax et concordia supradicta set ea pars que crediderit contrafactum fuisse per alteram debeat alteram partem requirere. ut illud quod contrafactum esset restituet et emendet et reparet Jnfra unum mensem post requisicionem inde factam. Et si Jnfra illud tempuS fuerit restitutum non Jntelligatur pro[*p*]terea pax predicta et concordia rupta. et super dicta restitutione facienda eligantur duo sapientes ab utraque parte. § Jtem conuenit et actum fuit Jnter predictas partes quod si aliquis homo uel ciuis uel districtualis comunis albe a modo. comiteret uel faceret aliquod maleficium. furti. rapine. uel. robarie in districtu et posse albe. propter quod baniretur. uel forestaretur per Potestatem. uel. consules ciuitatis albe uel per comune albe non possit nec debeat habitare nec receptari in terra. uel. posse dicti domini iacobi. Et e conuerso. aliquis homo uel districtualis domini iacobi bannitus. uel forestatus ab eo uel ab eius magistrali propter aliquod maleficium quod a modo faceret in terra et posse ipsius domini iacobi. non possit nec debeat habitare nec receptari in ciuitate posse. uel districtu albe. nec Jn clarasco. et liceat Potestati. et comuni albe et magistratibus ipsius comunis capere et detinere personaliter bannitum suum in terra et districtu ipsius domini iacobi. sicut in districtu albe. et e conuerso liceat ipsi domino iacobo et eius nunciis capere et capi facere personaliter et detinere bannitum suum in terra comunis albe et districtu. sicut in terra sua et districtu. § Que omnia et singula suprascripta sicut seriatim superius scripta sunt. supradicti dominus Saxonus potestas albe et consciliarij ciuitatis. albe vice et nomine comunis albe et pro omnibus et singulis ciuibus et districtualibus ciuitatis albe ex una parte. et Supradictus dominus iacobus ex alia. promiserunt et Jurauerunt attendere inuiolabiliter. et obseruare perpetuo et specialiter pacem et concordiam supradictam. et Jurari facere ab omnibus et singulis hominibus dicti domini iacobi. ab etate annorum. XVIII. usque in LXX. quando comuni albe placuerit. et ab omnibus et singulis hominibus albe Jnfra predictam etatem existentibus quando placuerit dicto domino iacobo de attendendo et obseruando predictam pacem et concordiam im perpetuum. et non contrauenire uel contrafacere in aliquo nec contra fieri consentire ullo modo. nec ullo tempore immo pocius dare forciam auxilium et iuuamen. bona fide et sine fraude ad eam perpetuo conseruandam. et predicta iura-

menta de quinque in quinque annis secundum predictam formam debeant renouari et renouentur ab utraque parte si aliqua ipsarum parcium ab altera parte Jnde fuerit requisita. § Nomina autem conscilliatorum qui erant in dicto conscilio sunt hec. Poncius oculus capre. Ogerius botacius. Rufinus niellus. Vercius becharius. Vifredo (*sic*) de piocio. Ogerius albricus. Jacobus de corneliano. henricus de fraueis. Jacobus bochablancha. Sicardus ghisolfus. Obertus specialis. Bonefacius de uinculiS. (19) Rufinus de çocho. Jacobus de nouello. Sismundus de morocio. Otto çacharengus. Jacobus pautrerius. Nicolaus de monte acuto. Mainfredus de sancto Johanne. Dominus ogerius de marcenascho. Ansermus baudoinus. Henricus çacharengus. Ansermus de uico. Conradus constancius. henricus bonuspetrus. Robaudus censo[*l*]dus. henricus ghiserbertus. Ogerius prouincialis. Obertus marescotus. Willelmus bonsauinus. Matheus cerratus. dominus Fredericus de çachara. Sismundus celebrinus. Willelmus de bella. Octo de piobice (*sic*). Turcus bellancius. Nicolaus iudex Jordanus boxius. Obertus arçheta. Viuaudus censol[d u s]. Ansermus serenotus. petrus de costegloreis. Jacobus gilius. Jacobus p(20)llinus. Mainfredus crispus. Willelmus garrellus. Ogerius agulonus. Obertus de racunixio. Jacobus gassa. Raimundus becharius. Tomas rastellus. Octobonus becharius. dominus Bartolomeus iudex. Robaudus caualerius. Obertus de neuileis. Otto bonuspetrus. Thomas çacharengus. Bergoncius cumstancius. Boninus crispus. Sodanus bauduinuS. Willelmus Bonanatus. Rufinus natarellus. Girardus pitator. Johannes cerratus. henricus maixana. ferraçanus de neueis. Willelmus tortanea. henricus berrutus. Mainfredus faletus. Strauatus regesolius. ogerius cunradengus. dominus Willelmus mareschotus. Henricus aleus. Maciaborra. Rufinus becharius. Tebaudus de braida. Nicolaus de braida. Ansermus faletus. Ardicionus piloxius. laurencius natarellus. Bonuspetrus mensura Bergognus de rodino. Willelmus cairoxi[*u*]s Versus aleus. dominus Cunradus cunradengus. Çurius palius. Ogerius de neueis. Octo clericuS. Obertus natarellus. Paiotus de morocio. Bonefacius de fantis Albertus de braida. Jacobus aidinus. Petrus margocius. Basinus lunellus. Bertolinus bonuspetrus Willelmus cunradengus. Johannes pictor. Mainfredus arquatus. Bonefacius becharius. dominus Ogerius rapa. Ansermus de cerato. petrus de marcenascho.

Et ego Willelmus pictor notarius tunc comunis albe hanc cartam conposui et scripSJ ⁊ :, ;

(S. T.) Et Ego bonefacius bossus notarius auptenticum Jnstrumentum uidi et legi huius exempli et ita ut in illo continebatur ita et in isto continetur et sicut

---

(18) F. 233 *r*. (19) F. 233 *v*. (20) *La parte interna di questo nome è*

in illo uidi ita in isto scripsi nec iungi nec minui preter puntum literam uel sillabam set tamen non mutant significationem. precepto domini homoboni Judicis Saxoni confalonerii potestatis albe sic exemplaui et me subscripSJ .˙, .˙, .˙, .˙, .˙.

(20) (S. T.) Et ego philipuS mollus notarius cognoui hoc quod dictum est a bonefacio bosso notario esse uerum quare me pro teste subscripsj

CCCXLI. [1225].

Nomina bannitorum tempore potestatis lampugniani marcellini (1).

(1) § JN nomine domini. Milleximo ducenteximo vigeximo quinto. Hec sunt banna data per dominum lampugnianum marcellinum potestatem albe.

§ Quoniam negrobonus de traixio qui et Guilielmus dicitur. buffauit ottonem (2) rubeum a collo inferius et ei fecit cadere ligna que portabat addossum ut dicebatur. et preceptum fuit ei per sacramentum quod ex ipsa causa daret pignus de soldis. L. clauario comunis et non dedit. et etiam pluries requisitus fuit per nuncios comunis in pluribus diebus. ut deberet dare illud pignus. et preconatum fuit per ciuitatem ut ueniret ad dandum pignus et non uenit nec pignus dedit. Jdcirco dictus potestas posuit ipsum negrobonum in banno. de soldis. L. de quo non exeat nisi prius soluerit illos soldos. L. et iurauerit stare preceptis potestatis. (3) *canzelatus est uoluntate conscilii et remissum fuit ei bannum* (4).

§ albertus iudex in banno soldorum. x. quoniam non soluit ad terminum sibi datum. obertum bellancium. (5) *canzelatus fuit per me iacobum cuminum tunc scribam suprascripti potestatis die iouis primo die madii uoluntate conscilii. quia dedit pignus istius banni* (4).

§ Rofinus stanterius in banno soldorum. III. quoniam ad terminum sibi datum non soluit maneserium.

§ Quoniam tosus de asti distrauauit sanctam mariam per duas uices et pluries preceptum fuit ei per nuncios comunis quod ex predicta causa daret pignus soldorum. x. clauario comunis. et non dedit. Jdcirco dictus potestas dat ei bannum de soldis. x. de quo non exeat nisi prius soluerit illos soldos. x. et iurauerit stare mandatis potestatis.

§ Quoniam iohaninus filius guilie. Rogatus fuit. per rubeum et aiguinum saltarios comunis. ut ueniret coram potestate occaxione ferute

---

abrasa; *forse è da leggere* prellinus (21) *Quanto segue è di altra mano.*

(1) F. 234 *r. Quanto segue è di altra mano.* (2) *Segue* mollem *cancellato.* (3) *Questo alinea è cancellato con linee orizzontali.* (4) *Il tratto in corsivo fu aggiunto posteriormente da altra mano.* (5) *Questo tratto è*

quam fecit in petrinum filium pizotti per nasum. ita quod sanguis exiuit ut per testes probatum est et non uenit Idcirco potestas dat ei bannum de soldis Centum. de quo non exeat donec soluerit predictos soldos centum. et uenerit stare preceptis potestatis.

§ Guifredus de domina ottabella in banno Soldorum. v. quia ad terminum sibi datum non soluit debitum unde condempnatus erat guilielmo (6) sugio. nec inde dedit pignus secundum quod ei preceptum fuit.

§ Rofinus stanterius in banno soldorum. III. quia non dedit pignus. I. de soldis. III. clauario secundum quod ei preceptum fuit pro acusatione de eo facta. de XVIII. eius ouibus que inuente fuerunt pascere in messibus aurilis de nouello. (3) *canzelatus est quia soluit iacobo fantino clauario comunis* (4)

§ amassagranus in banno de denariis. XX. quia non dedit pignus. I. de denariis. XX. clauario secundum quod ei preceptum fuit pro acusatione de eo facta. de. X. eius ouibus que inuente fuerunt pascere in messibus suprascripti aurilis. (3) *canzelatus est quia soluit suprascripto Jacobo* (4)

§ parencus pauazanus in banno soldorum. III. quia ad terminum sibi datum non soluit debitum unde condempnatus erat armano pitatori nec inde dedit pignus secundum quod ei preceptum fuit (3) *canzelatus est quia soluit suprascripto Jacobo* (4)

§ blanchetus in banno Soldorum. III. quia ad terminum sibi datum non soluit debitum unde condempnatus erat guilielmo de borzono nec inde dedit pignus secundum quod ei preceptum fuit.

§ nicolaus richizius in banno soldorum. v. quia distrauauit sanctam mariam et inde non dedit pignus secundum quod ei preceptum fuit.

§ bosus ferrarius in banno soldorum. II. pro duabus suis somis que inuente fuerunt pascere in messibus hospitalis sancti tebaldi et canonicorum. et inde non dedit pignus clauario. secundum quod ei preceptum fuit.

§ filius berte becchi in banno soldorum. II. pro faxe. I. sermentarum quas abstullit in uinea filiorum condam rainerii de li uolta et inde non dedit pignus clauario secundum quod ei preceptum fuit. (7)

(8) Quoniam anselmus redeçolus non dedit pignus comuni de soldis. C. secundum quod ei preceptum fuit per potestatem. pro percussione quam dicebatur ipsum fecisse de pugnis et calzis in mateldam mesoleam et alaxiam filiam eius et cridatum fuit per ciuitatem uoce

---

cancellato con una linea orizzontale. (6) *Segue cancellato*: suxio (7) *Seguono almeno quattro linee totalmente abrase, forse per far scomparire i nomi di persone ragguardevoli.* (8) F. 234 *r.* (9) *o* abrilie (10) *Segue*

preconis ut ipsum pignus daret et non dedit ad terminum sibi datum. Jdcirco dictus potestas ponit eum in banno de soldis. c.

§ Quoniam ubertus piscator non dedit comuni. Soldos. v. secundum quod ei preceptum fuit per dominum albricum pasqualem iudicem et assessorem domini lampugnani marcellini potestatis albe. occaxione debiti petri ferramente quod non soluit ad terminum sibi datum. et cridatum fuit uoce preconis per ciuitatem ut solueret illos soldos. v. et non soluit ad terminum sibi datum. Jdcirco ipse potestas ponit eum in banno de soldis. v. (3) *canzelatus est quia soluit guilelmo crispo clauario comunis* (4).

§ Quoniam pezarolla scriba non dedit pignus de soldis. v. clauariis secundum quod ei preceptum fuit per potestatem. quia uetuit ire ad scribendum guardias de trabucco prout ei preceperat castanea missus comunis albe ex parte potestatis sub pena. v. soldorum sicut ipse castanea dixit. Jdcirco dictus potestas ponit eum in banno de soldis. v.

§ Quoniam matelda filia domine altilie. (9) et item matelda sicarda accusate fuerunt quod portauerant bropas et fenogium de uinea ermitaneorum. et preceptum fuit eis ut inde darent pignus de soldis. II. pro qualibet. et etiam cridate fuerunt in banno per preconem comunis albe. Jdcirco dictus potestas ponit quamlibet (10) earum in banno de soldis. II.

§ Quoniam albertinus pitator non dedit pignus de soldis. v. comuni. secundum quod ei preceptum fuit. eo quod ad terminum sibi datum non soluit tibaldino limixello debitum unde condempnatus erat sibi. Jdcirco dictus (11) potestas ponit ipsum albertinum in banno de soldis. v.

§ Quoniam tebaldus piscator. non dedit pignus de soldis. III. comuni. secundum quod ei preceptum fuit. eo quod amonitus fuit per dominum albricum pasqualem ut staret coram eo ad faciendum racionem Jacobo de sancto iohanne et non stetit nec uenit. Jdcirco potestas dictus ponit ipsum in banno de soldis. III

§ Eodem modo et simili causa ponit in banno. benedictum filium iohannis baldi de soldis. III. quia. requisitus fuit per castaneum saltarium comunis ut ueniret ad faciendum racionem lafranco (p) capalle et non uenit (3). *canzelatus est quia soluit suprascripto guilelmo* (4)

§ Quoniam cazullus birbierius (*sic*) et camparius accusatus fuit quia dicebatur ipsum furasse ciceros ruffino de albaredo (et) qui non ualebant denarios. XII. ut ipse roffinus protestatus fuit. Rogatus per pistonum saltarium comunis albe ut ueniret coram potestate in pena soldorum. XX. et eciam preconatus fuit uoce preconis in banno Sol-

---

cancellato: in banno (11) dictus *è corretto su* dictum (12) R: potestatis

dorum. xx. nisi uenisset coram potestate et non venit Jdcirco potestas ponit ipsum in banno Soldorum. xx

§ Quoniam bastardus de azello et Maonus non uenerunt stare preceptis potestatis (12) occaxione robarie quam dicebatur eos fecisse in benedictam et alaxiam de baennis et preconatum fuit uoce preconis ut uenirent coram potestate in pena soldorum. xx. pro quolibet eorum et non uenit. (*sic*) Jdcirco potestas ponit eos in banno de soldis. xx. pro quolibet.

§ Quoniam Anriot[*us*] de riaçollo et boccacinus et ogerinus qui dicuntur rambinanti non dederunt comuni pignus. J. de soldis. c. pro quolibet eorum. secundum quod eis preceptum fuit. Jdcirco potestas ponit quemlibet eorum in banno de soldis. c. occaxione gocobilie (*sic*) quam dicebatur inter eos fecisse. (3)

§ Quoniam henrighetus de erghilenda non dedit comuni pignus. I. de soldis. xx. secundum quod ei preceptum fuit eo quod non iuit ad guardiam barbarischi sicut ei preceptum fuit Jdcirco potestas ponit eum in banno de soldis. xx.

§ Quoniam marro foacia non dedit comuni. pignus. I. de soldis. xx. prout ei preceptum fuit. eo quod non fuit inuentus ad banderam militum ad exitum prati episcopi ad caualcatam (13) ubi milites fuerunt scripti quando potestas redebat de quadam caualcata que facta fuit neueas quodam die iouis. III. die intrante iulio. Jdcirco potestas ponit ipsum marrum in banno soldorum. [xx.] (14) *canzelatus est quia dedit pignus de soldis xx. suprascripto iacobo.* (4)

(15) § Quoniam Castanius saltarius comuni non dedit comuni. pignus. J. de soldis. c. secundum quod ei preceptum fuit. ea occaxione quia percussit pistonum saltarium de baculo uno in bucca illius pistoni. Jta quod sanguis exiuit. Jdcirco potestas ponit illum castanium in banno de soldis. c. secundum formam capituli

§ Quoniam beltramus de aste non dedit comuni pignus. I. de soldis. x. secundum quod ei preceptum fuit quia destrauauit sanctam mariam per duas uices. Jdcirco potestas ponit eum in banno secundum formam capituli de soldis. x. (16) *canzelatus est quia soluit Jacobo de la turre clauario comunis* (4)

§ Quoniam Ogerius bonsauinum non dedit clauariis pignus unum de libris. XIIII. secundum quod ei preceptum fuit a potestate. videlicet

---

potestatis (13) *La lettura delle prime lettere* caual *è sicura*; *ma il resto della parola è quasi completamente svanito.* (14) *Cfr. sopra nota* (3). *Il supplemento* [xx] *si è fatto confrontando la dizione della cancellatura e, più sotto, il banno di Ogerio Bonsavino.* (15) F. 235 *v.* (16) *Quanto segue*

pignus unum de soldis XL. in una parte quia ad primos duos terminos (17) datos sibi et aliis quibus impositi fuerunt equi non habuit nec tenuit seu consignauit equum. et aliud pignus de soldis. XX. in alia parte eo quod non fuit inuentus ad banderam militum ad exitum prati episcopi ubi milites scripti fuerunt in reditu unius caualcate facte neueas quodam die iouis tercio die intrante iulio. et aliud pignus de libris. XI. in alia parte. (18) scilicet de libris. V. eo quod ad tercium terminum. X. dierum [*datum*] sibi et aliis qui non comperauerant equos secundum quod preceptum et statutum fuit a potestate uoluntate conscilii ipsum equum non consegnauit. et de. libris. VI. per dies sex. per quos stetit ille ogerius post predictos dies. X. antequam consignaret illum equum. Jdcirco potestas ponit ipsum ogerium in banno de libris. XIIII.

§ Quoniam petrus capalla non uenit coram potestate occasione furti quod dicebatur ipsum petrum fecisse in nocte presbitero ecclesie marci. Rogatus. per oresmeum saltarium comunis. et non uenit Jdcirco dictus potestas ponit ipsum petrum in banno de libris. L. (19)

§ Quoniam dicebatur quod giberius qui stabat pro bouerio cum iohanne censoldo furatus fuerat lanceam unam ualentem denarios. XII. et. Rogatus. fuit per plures nuncios comunis ut ueniret coram potestate et non uenit. Jdcirco dictus potestas secundum formam capituli ponit eum in banno de soldis XX.

§ Quoniam preceptum fuit vberto piscatori vt daret comuni pignus unum de soldis. C. pro eo quod inuentus fuit cum naue una in tanaro pro ducendis arzonis granete in aste et non venit nec illud pignus dedit. Jdcirco dictus potestas ponit eum in banno de soldis. C.

(20) § Quoniam Ogerius caualerius non uenit coram iudice potestatis ad peticionem drocci et Anselmi qui dicuntur cunrengi qui coram predicto iudice querimoniam deposuerant de ipso ogerio dicentes quod ille ogerius veniendo a ianua et portando eis tantum drappum de bruneta morea et tantum drappum de scarlata quod ualebat libras. XX. astenses cum ipso drappo furtim affugit et fuit requisitus (21) per galdinettum nuntium comunis ad domum ubi habitare consueuerat ille ogerius. Jdcirco dominus lampugnanus predictus ponit ipsum ogerium in banno tamquam furem secundum formam capituli de libris. XXV. de quo non exeat donec soluerit illas libras. XXV. et ipsum drappum uel eius extimationem restituerit predictis drocco et Anselmo.

è di altra mano. (17) *Segue espunto*: sibi (18) *Segue espunto*: eo quod (19) *I due alinea precedenti sono cancellati con linee orizzontali e con altre linee perpendicolari e trasversali.* (20) *Quanto segue sembra d'una terza mano.* (21) R: et fuit requisitus et fuit requisitus

CCCXLII. 1228.

[*Nomina bannitorum tempore henrici de landriano.*]

1) § Anno domini. M.CC.XXVIIII. Jndictione II. die dominico. II. Jntrantis decembris.

Quoniam Otto scoffonus et eius filius Belengerius more Judaico dominum tradiderunt et fidelitatem quam comuni fecerant ausu temerario corruperunt Reddendo castrum trecii tempore Guerre Jnter astenses et Marchiones de uasto et castellanos. ex una parte et albenses et eorum coadiutores ex altera habite! Jn manibus astensium et Jnimicorum comunis albe cum uerum esset quod dictus Otto esset castellanus eiusdem castri pro comuni albe et pro certo precio custodiret ipsum castrum c o m u n i (2) albe et nomine comunis albe de quo precio dictus O[t t o]. et eius filius B[e l e n g e r i u s]. maiorem partem acceperant et aliam partem remanentem recipere debebant prout aperte cognoscitur in plubicis libris comunis. et de his omnibus supradictis dictus Otto. et B[e l e n g e r i u s]. citati essent et requisiti nunciis et uoce preconia ut uenirent coram domino henrico de landriano (3) potestate albe de iusticia responsuri qui nec uenerunt nec pro ipsis legitimum responsalem mittere uoluerunt. Jdcirco dominus henricus. de landriano albensium potestas habito conscilio plurium sapientum litteratorum et illjtteratorum et diligenter inspecto Jure comunis albe et ipsorum Ottonis et B[e l e n g e r i i]. Condempnauit quemlibet ipsorum in concione habita per campanam iussu et uoluntate omnium qui erant in predicta concione nullo ibi contradicente. Banno. CC. marcharum argenti. de quo non exeant quousque soluerint et si capi poterunt moriantur et Jn banno perpetuo comunis ponit et condempnat. Supradictos autem Patrem. et filium perpetua nota infamie sine abolicione aliqua generali uel speciali predictus potestas Condempnauit. Eorum namque bona publicata comuni albe uasta et inculta im perpetuum remanere per hanc sententiam predictus potestas diffinitive condempnauit. Actum in platea sancti Johannis de alba (4) § *mortificati et cancellati secundum formam pacis* (5). *m c c x l i j* ***J n d i c i o n e x v q u o d f u i t d i e x v i i j J n t r a n t i s J a n u a r i n o n d e b e t c a n ç e l l a r i q u i a f u i t f a c t u m i n f r a u d e e t f u r t i v e e t f u i t c o (n) g n i t u m p e r J u d i c e m e t p e r i l l o s d e r a c i o n e*** (6).

---

(1) F. 235 *r.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *Qui e sempre in questo documento* R *ha* laudrian̄ *o* laud'. *che paleograficamente parrebbe doversi leggere* laudrianis (4) *Tutto l'alinea è cancellato con tre linee oblique da destra a sinistra.* (5) *Il tratto in carattere diverso è di altra mano.* (6) *Il tratto spaziato è aggiunto nel margine sinistro da una terza mano.*

§ Quoniam presbiter censoldus et Sismundus cens[oldus]. Jmitatores Jude qui propter. xxx. Argenteos dominum suum xpistum tradidit occidendum in manibus iudeorum. possuissent et fecissent ignem poni in ciuitate albe causa incendii. ut ciuitas propter ignem impositum et auram flantem hora ignis. accensi penitus destrueretur et inde pecuniam acceperint a comuni astensium tempore Guerre. et dictus presbiter esset electus in officio ut custodiret ciuitatem ne in ea incendium oriretur. et custodiendo incendium manu sua submisit et mitti fecit Bonino longo et Guillelmo marruffo et hoc probatum esset plene per duos testes idoneos predictos qui cum ipso presbitero ciuitatem igne accendebant et dictus presbiter manu sua Jn molandino (?) et Batenderio de porta uiuarii et Jn domo Oberti marescoti. et Marraçanorum. et Johannis bouis et Jn burgo richo incendium predicto modo imposuisset. et inde citati fuissent et requisiti ad domum suam per potestatem et iudicem et eius nuncios et uocem preconis ut uenirent coram domino henrico. de landriano. potestate comunis albe de iure responsuri sub. pena. Mille marcharum argenti pro quolibet antequam potestas recederet a domo predictorum presbiteri et Sismundi et pena illa fuisset imposita per predictum dominum Henricum. potestatem precepto et uoluntate tocius populi albensis et milicie in platea per stremitam et campanas congregati et dicti presbiter et. Sis[mundus]. (?) coram potestate uenire noluissent set pocius tamquam malefici proditores et patricide ciuitatis albe effugissent. Jdcirco dominus henricus de landriano albensium potestas precepto et uoluntate populi et milicie supradicte Condempnat quemlibet ipsorum presbiteri et Sismundi pro prodictione supradicta banno perpetuo Mille Marcharum Argenti. et esse in perpetuo banno ciuitatis albe ita quod albam uel exercitum albe ubicumque esset. prope v. miliaria ad minus nullatenus appropinquent. notam infamie. sine abolicione aliqua per hanc sententiam ipso iure (?) incurrant et si capi poterunt moriantur. et ut ciuitatem conburere uoluerunt et temptauerunt sic a potestate comunis albe uel eius nunciis conburantur pena nichilominus supradicta durante. Eorum namque bona presentia et futura per hanc sententiam decernit comuni albe publicari et publicata et uasta in perpetuum permanere. Eamdem penam incurrat ipso iure et eum per hanc sententiam condempnauit qui eis opem conscilium uel auxilium uel colloquium cum eis habuerit uel qui eos uel alterum illorum hospitatus fuerit. Hec autem omnia suprascripta. postea constituta ordinata et confirmata fuerunt apud ecclesiam sancti damiani Jn conscilio per campanam congregato ad peticionem potestatis supradicte. Potestas autem futurus uel consules teneatur omni anno hanc condempnationem su-

prascriptam scribi facere et scriptam retinere in capitulo comunis et in rigesto et sicut superius legitur obseruare. et hoc non possit remoueri uel deleri conscilio capitulo uel alio modo nullo capitulo suprascripto uel infrascripto obstante. (8) *mortifficati et cançellati secundum formam pacis.* (4)

Quoniam Johanellus de murra hostiliter fecit insultum ad murram et marcen[aschum]. capiendo boues. ideo potestas condempnat ipsum Jn. c. libras. et Ponit ipsum in banno perpetuo de quo non exeat quousque (9) soluerit dictas. c. libras. Ciuem autem qui ei conscilium dederit uel iuuamen uel qui cum eo locutus fuerit sine lice[*n*]tia potestas predictus Silicet dominus henricus de landriano. condempnat pro qualibet uice in banno L. librarum secundum tenorem capituli

Quoniam Saonatus venit cum Armis supra comune albe et uere cognitum est. ideo potestas condempnat. ipsum. in. c. libris et ponit ipsum in banno perpetuo de quo non exeat quousque soluerit. Ciuem autem qui ei conscilium dederit uel iuuamen uel qui cum eo locutus fuerit etiam licencia potestatis. predictus dominus henricus. potestas condempnat pro qualibet uice banno. L. librarum secundum tenorem capituli.

CCCXLIII. [11 gennaio 1225].

(1) *Permutatio albensium cum Guido de neuilejs medietatis castri et uille neuile*[arum]. (2)

(S. T.) Anni domini. M.CCXXV. Jndiccione XIII. quod fuit. XI. intrante Januario. Supra uoltas sancti laurencii Jn pleno conscilio albensium more solito per campanam congregato in quo erant. c. capita de domo et plus. et voluntate consciliatorum. permutacionem fecerunt ad inuicem. Dominus paganus de petra sancta albensium potestas uice et nomine comunis albe ex una parte. et Guido de niuileis ex altera. Jn primis dictus Guido nomine permutacionis dedit et tradidit predicto domino pagano uice et nomine comunis albe medietatem tocius castri et ville neuilearum et pertinenciarum et Medietatem contitus iurisdiccionis Aquatici pasquatici ripatici venacionum piscatici occupacionum et totum id quod uidebatur habere tenere et possidere in loco sancti systri tam in castro quam in uilla in contitu et iurisdiccione concedendo et dando ipso guidone predicto pagano nomine et uice co-

(7) R: malandino (8) *Segue cancellato*: sese (9) *Questo alinea è cancellato con quattro linee oblique da destra a sinistra.* (10) R: que usque

(1) F. 236 *r.* (2) *Il titolo è nel margine destro, di mano del sec. XVI.*

munis albe permutacionis nomine omnia Jura et acciones reales et personales utiles et directas rei uel persone coherentes et omnia ea que habebat uel uisus erat habere in dictis castris et villis et eorum pertinenciis in turri et domibus et omnibus forciis ad dictum castrum pertinentibus et in hominibus in bannis fodris fictis drictis successionibus et in omnibus reditibus et dompneis in terris cultis et incultis pratis Siluis nemoribus nichil in se penitus retinendo in dicto castro et villis et pertinenciis et in supradictis quantum ad predictam medietatem neuilearum excepto eo quod in feudum tenebat a domino Vberto de reuello ultra predictam medietatem de quo confitetur expedire plenam possessionem habere. Jubente dicto guidone dictum dominum paganum nomine comunis albe esse et sua Auctoritate intrare in possessionem uel quasi omnium supradictorum constituendo se possidere uel quasi possidere nomine comunis albe quamdiu predictus paganus nomine comunis albe uel alius pro comuni albe corporalem apreendisset possessionem. Tali modo ut dictus paganus nomine comunis albe et ipsum comune aut cui dederit predicta omnia habeat teneat et possideat et faciat quicquid inde facere uoluerit sine contradiccione ipsius guidonis et eius heredum. Jnsuper ipse Guido per se suoSque heredes promisit ipsi pagano (3) nomine comunis albe omnia suprascripta ab omni persona defendere et autoriçare. quod si defendere non posset uel sub aliquo ingenio subtrahere uellet tunc omne dampnum quod ex euictione dicto comuni conti(n)gerit et omnes expensas quaS dictum comune faceret pro supradictis omnibus defendendis in causa uel extra dictus guido ipsi potestati nomine comunis albe integre restituere promisit et sic obligauit ei nomine comunis albe omnia bona sua. et Hec omnia dictus guido promisit et iurauit attendere et obseruare in omnibus et per omnia et hanc permutacionem firmam habere et tenere et non contrauenire. versa uice dictus paganus uice et nomine comunis albe et uoluntate consciliatorum. dedit et tradidit ipsi guidoni nomine permutacionis Braidam unam terre sitam in territorio albe extra portam sancti martini. Cui coheret uia a duabus partibus. Henricus capra. Berguncius censol[*dus*]. Anselmus de camairana. Ortus ospitalis. et decursum aque predicte braide per fossatum orti(s) ospitalis usque in uia publica prout solita est decurrere que braida est. XVIII. Jornate et XLIIIJ. tabule. Jtem vineam unam cum eius area cum pecia terre insimul tenente que Jacent in territorio albe in monte feleario cui coheret (4) Jtem peciam unam terre sitam in territorio albe subter montem falearium et est. V. iornate. Mensure. VII. tabule et dimidia. Cui coheret

(4) Jtem. LXXXXIII. libras astenses pro torna *(sic)* de quibus quie-

tum se tenuit excepcioni non numerate pecunie renuncians. (5) vnde in possessionem predictarum terrarum et uinee intrare et esse iussit nomine comuniS. Tali modo ut dictus guido et eius heredes aut cui dederit predictas terras et vineam habeat teneat et possideat et faciat quicquid facere uoluerit sine contraddicione comuniS albe. Jtem promisit ei guidoni dictus potestas uice et nomine comunis albe et uoluntate conseiliatorum predictas terras et uineam ab omni persona defendere et specialiter a ministriS domus que dicitur hospitale sancti tebaudi et ab omni persona et loco religiosso. Jta quod eciam si guido in causa quam haberet cum aliqua persona nomine dicte domus que dicitur hospitale sancti tebaudi confiteretur terras et vineam predictas fuisse predicte domus nichilhominus comune teneatur ipsi guidoni dampnum euiccionis et expensas restituere et si contingeret quod vido occasione dictarum terrarum et vinee excomunicaretur dictus potestas nomine comunis albe promisit eum facere extrai de excommunicacione expensis comunis quod si facere nollet dictum comune et ipse Guido hac occasione aliquas expensas faceret dictus potestas ei nomine comunis albe restituere promisit et pro his omnibus obseruandis [*et*] attendendis ipse potestas nomine comunis albe obligauit omnia bona comuniS albe. Actum in alba supra uoltas sancti laurencii. vbi fuerunt rogati testes. Girbaudus de rodino. Henricus de barolio. Ogerius gauelius. Robaudus de poblicis. Anricus de nouello. Aicardus de uinculis. Johannes de uicia. Johannes ceratus. Henricus de alboera. E[*t*] Ego Guillelmus bonanatus notarius interfui et duo instrumenta uno tenore ScripSJ .·, (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus autentĭcum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ ., (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(6) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui ita uerum esse SubscripSJ. —

(7) (S. T.) EGO autem Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subScripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

CCCXLIV. [3 gennaio 1225].

De facto nouelli montisfortis barolii et perni (1).

(S. T.) Anno domini. M.CCXXV. Jndiccione. XIIJ. quod fuit IIJ. intrante

(3) R: pagono (4) *La lacuna è in* R. (5) F. 236 *v*. (6) *Quanto segue è di altra mano.* (7) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il titolo è nel margine sinistro, di mano del sec. XVI.* (2) F. 237 *r*.

Januario. Supra uoltas sancti laurencii in alba Jn pleno conscilio per canpanam congregato. presentibus testibus. Ogerio de marcenasco. Aicardo de uinculis. Vilielmo bonanate *(sic)*. Henrico cerato. Alexandro notario. Arnaldo borserio. Girardo constancio. dominus Henricus marchio de sagona filius olim domini Henrici vercii marchionis promisit domino mafeo de curtenoua et domino Henrico de petra sancta vicariis domini pagani de petra sancta albensium potestatis recipientibus uice et nomine comunis albe stipulantibus quod nullum fecerat datum seu uendictionem Alienacionem aliquam. seu aliquem contractum alicui uel aliquibus preterquam comuni albe et Gratapalee de eo toto quod ipse dominus henricus aquisiuit aliquo modo in nouello in monteforto in paerno et in barolio et in eorum castellaniis. scilicet et a filiis quondam Girbaudi scapite. et A nicolao filio domine aldisie. et ab obertario. et a dominis de summaripa de paerno. et Ab anselmino filio condam Anselmi de monteforto et Ab Henrico cigneto. et Ab heredibus ottonis curti. et si inueniretur quod aliquid in contrarium fecisset et comune inde aliquod dampnum uel aliquas expensas faceret ac sustineret in integrum predictis mafeo et henrico nomine comunis restituere promisit obligando eis nomine pignoris omnia bona sua et specialiter exposuit castrum arguelli cum villa et omnibus pertinenciis nomine pene ut libere et absolute in alodium ipso iure sine placito reuertatur comuni albe. et ipse dominus henricus ab omni suo iure cadat. quamdiu expedierit illud quod a comuni euinceretur per supradictas causas et expensas que inde comuni euenissent restituisset. et expedito si quid euinceretur et expensis restitutis. tunc habeat et teneat castrum et uillam arguelli cum pertinenciis sicut (2) ante hanc conuencionem habebat et tenebat. et eo saluo quod [*per*] suprascriptam conuencionem non fiat aliquod preiudicium domino henrico in omni iure siue defensione quod uel quam haberet contra comune de eo quod Anselmus cunradengus tenebat in barolio ab eodem domino henrico in feudum. Si quid inueniretur ipse uel alius eius uoluntate contra predicta fecisset rato manente pacto et contractu(m) et saluis omnibus aliis securitatibus et promisionibus et conuentionibus in instrumento uendiccionis factis. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe sic ScripSJ. —

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus autenticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ.,

(3) (S. T.) Et ego Guillelmus Bonanatus notarius cognoui ita uerum esse Subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

---

(3) *Quanto segue è di altra mano.*

CCCXLV. [3 gennaio 1225].

[*De*] *Barolio* (1).

(S. T.) Anni domini. M.CCXXV. Jndiccione XIIJ. quod fuit. IIJ. intrante Januario. Supra uoltas sancti laurencii. Jn pleno conscilio per canpanam congregato. presentibus testibus. Ogerio de marcenasco. Aicardo de uinculis Vilielmo bonanate (*sic*). Henrico cerato. Alexandro notario. Cum dominus Mafeus et dominus henricus de petra sancta vicarii domini pagani de petra sancta albensium potestatis nomine comunis albe siue p r o c o m u n i (2) peterent a domino henrico marchione de sagona ut eis deberet expediri (*sic*) et deliberare nomine comuniS id totum quod Anselmus cunradengus tenebat in barolio quod fuit condam filiorum quondam Girbaldi scapite ideo quia id totum prefatus dominus henricus dicto comuni uendiderat prout in instrumento vendicionis nouelli Montisfortis et barolii comuni facto continetur. quibus dominus henricus ita respondebat quod non uendiderat comuni nisi solomodo id quod tempore uendicionis ibi habebat placuit et conuenit inter eos scilicet inter dominum mafeum et dominum henricum nomine comunis ex una parte et dominum henricum marchionem ex altera quod id deberet cognosci et difiniri in alba usque ad festum carnispriuii proximi u(l)trum dictus dominus henricus deberet expediri (*sic*) necne et si fuerit quod deberet expedire cognitum uel pro ipso henrico remaneret uel per alium albam ueniret ut dicta racio ibi cognosceretur et difiniretur (*sic*) promisit dictis mafeo et henrico nomine comunis stipulantibus id totum liberare et absolute sine aliquo precio et expensis expedire et ab ipso Anselmo deliberare obligando eis nomine comunis pro his omnibus attendendis omnia bona sua. Jnsuper Obertus vercius de cunradengis de omnibus predictis per singula constituit se versus dictos (3) mafeum et henricum nomine comunis pro ipso domino henrico marchione principalem debitorem et deliberatorem et expeditorem. Renunciando omni iuri cum quo se tueri posset et noue constitucioni et pro predictis et singulis omnibus attendendis obligauit eis nomine pignoris omnia bona sua. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe scripSJ —

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita in isto scripsi., (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus. subScripSJ. —

(5) (S. T.) Ego Guillelmus bo[*n*]anatus. notarius subscripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXLIII. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) R: dictis (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

CCCXLVI. [27 gennaio 1225].

[*De discordiis Comunis Albe cum domino Henrico di Carreto*].

(S. T.) Anni domini. M.CCXXV. Jndiccione. XIIJ. quod fuit. v. exeunte. Januario. supra uoltas sancti laurentii. Jn pleno conscilio per campanam congregato presentibus testibus Aicardo de uinculis. henrico cerato. Willelmo de racunixio. Berguncio pugno. Vilielmo citato (*sic*). Rollando de morocio. Rogerio cairoxio. dominus paganus de petra sancta ar(b)biter siue arbitrator electus super discordiis et contencionibus ortis inter comune albe ex una parte. et dominum henricum de careto ex altera sicut in instrumentis conpromissi inde factis continetur. fuit confessus et protestatus. quod Anselmus de çachara et Vilielmus de poblice sindici comunis albe constituti nomine comunis albe et ipsum comune bene et integre obseruauerant et adimpleuerant in omnibus et per omnia omne preceptum et precepta ipsis sindicis et comuni ab ipso domino pagano. factis uel dictis. super predictis discordiis et contencionibus uel occasione predictarum et omnes terminos ipsis uel comuni ab ipso impositos (2) super predictis bene obseruasse. Jtem predictus dominus paganus excepcioni non numerate pecunie renuncians integre quietum et solutum se tenuit de toto feudo seu salario quod comune albe ei dare debebat occasione potestadie albe. vnde absoluit ipsum comune et omnia bona ipsius comunis.

Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis interfui et Rogatus sic scripSJ. —

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor bonus homo notarius. palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ ., (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(3) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi., (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

CCCXLVII. [16 dicembre 1224].

[*De*] *Protestatione obseruationis precep*[*torum*] *pro frederico Rom*[*anorum*]. *Jmper*[*atore*]. (1)

(S. T.) Anni domini. M.CCXXIIIJ. Jndiccione XII. quod fuit XVI. Jntrante decembri. Supra uoltas sancti laurencii. Jn pleno consilio per campanam congregato. presentibus testibus. Jacobo de encisa. Ogerio de marcenasco. Otone garocio. Opicione de neueis. Otone rapa. nicolao Judice. et pluribus aliis. dominus Bertoldus de castagnoleis nuncius

---

(1) F. 237 *v.* (2) R: impositis (3) *Quanto segue è di altra mano.*

domini frederici romanorum imperatoris et semper augusti et regis sicilie. a papia superius dixit et protestatus fuit coram domino pagano de petra sancta albensium potestate. quod comune albe usque ad odiernum diem bone obseruauerat omne preceptum et precepta ipsi comuni facta ab ipso bertoldo pro domino frederico imperatore in omnibus et per omnia. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe his interfui et sic ScripSJ —

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus Autenticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ ., (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(2) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus cognoui ita uerum esse subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCXLVIII. [5 gennaio 1225].

Confes[sio]. e[xceptionis] librarum 1263 [minus] solidis 2 a Comune albe per d[ominum] henricum (etc.) [de carreto] pro facto nouelli et montisfortis (1)

(S. T.) Anni domini. MCC.XXV. Jndiccione. XIIJ. quod fuit v. intrante Januario. Jn domo domini henrici de careto. presentibus testibus et rogatis. Anselmo cerato. petro de raconisio. Ogerio de uinculis. Alexandro notario. Rufino cerato. Tomao de çachara. Ogerio et Alberto de marcenasco. henrico rapa et petro. dominus henricus marchio de sagona excepcioni non numerate peccunie renuncians fuit confessus se recepisse et habuisse a comune albe et a debitoribus comuniS nomine ipsius comunis albe. M.CCLXIII. libras m[inus] II. solidis. astensium et Januensium. de illis. MM. libris quaS comune albe ei dare debebat sicut continetur in instrumento facto per manus alexandri notarii de precio nouelli et montisfortis. Jta quod illud instrumentum quantum ad MCCLXIII. libras m[inus] II. solidis sit cassum et inutile. Et EGO Guillelmus bonanatus notarius his interfui et ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*).

CCCXLIX. [14 gennaio 1225].

Jtem [Confessio] librarum 402 et denariorum 12 (1).

(S. T.) Anni domini. M.CCXXV. Jndiccione XIIJ. quod fuit. XIIIJ. in-

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXLIV. (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCXLIV. *In* R *leggesi propriamente*: et s. 2.

trante Januario. Confessus fuit henricus rapa exceptioni non numerate pecunie renuncians. se recepisse et habuisse. pro domino henrico marchione de sagona et nomine ipsius domini henrici. CCCCII. libras. XII. denarios. de illis. MM. libris quaS comune ei domino Henrico dare debebat sicut continetur in instrumento facto per manus Alexandri notarii. confitens ipse henricus esse nuncius ipsius domini henrici ad ipsam (2) recepcionem faciendam. Actum ante domum bauduinorum. vbi fuerunt testes. Obertus uercius. Aicardus de uinculis. Willelmus mussus. Ogerius bauduinus. Et EGO Guillelmus bonanatus notarius interfui et scripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus. Autemtica horum duorum proximorum suprascriptorum exemplorum uidi et legi et prout in illis continebatur ita et in istis ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) EGO Guillelmus bonanatus notarius. cognoui uerum esse ita subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui ita verum esse subscripSJ

CCCL. [1232].

[*Nomina bannitorum tempore domini Jacobi Lanceuetule*].

(1) § Jn nomine domini Millesimo. Ducentessimo. tricessimo secundo. Jnditione. quinta. Hec sunt banna Data per dominum Jacobum lanc[*e*]am uetulam potestatem Albe. De primo regimine.

§ Quoniam Opiçinus chaça accusatus fuit esse inuentus de nocte. ad furandum pullos Oberti sartoris et Requisitus fuit per nuncios comunis ut ueniret coram potestate. et non uenit Jdcirco sit in banno de furto secundum formam statuti(s) de quo non exeat nisi soluto banno et solidis xx. pro duabus requisicionibus (2)

§ quoniam Giribaldus de diano filius purpure accusatus fuit suripuisse Duos boues Willelmi de uillana in goreto ultra Taloriam. et Requisitus ad domum suam in diano ut ueniret ante predictam potestatem. non uenit idcirco sit in banno de libris. XXV. pro furto secundum formam statuti(s) de quo non exeat nisi bannum soluerit. et dampna restituerit pacienti.

§ Quoniam Alaxa uxor Johanni[*s*] de riaçolo accusata traxisse lapides super domum done Suçarde de suo puntili. et Requisita fuit

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCXLIV. (2) R: ad ipsam ad ipsam (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 238 *r. Questo e i seguenti docc., fino al* CCLIV *incluso, sono tutti di mano diversa l'uno dall'altro.* (2) *Questo alinea è cancellato con linee*

per nuncios comunis (3) uenit et Jurauit stare preceptis potestatis et preceptum fuit ei ut daret pignus solidorum. c. pro dicta accusacione su[*b*] pena de solidis. x. et non dedit Jdcirco sit in banno. de. solidis. c. secundum formam capituli. et solidorum. x. quia non soluit a[*d*] terminum.

§ Quoniam Oglerius çensoldus. Sysmundus eius frater. et Presbiter censoldorum. hostiliter fecerunt insultum Super terram albensium. silicet. ad mancianum capiendo ibi boues. et hoc (4) domino Jacobo lançeuetule potestati albe sit probatum. et pluribus testibus sit manifestum. Jdcirco dictus dominus Jacobus potestas. condempnauit quemlibet ipsorum. in libris. c. et in banno quemlibet illorum de predictis libris. c. ponit de quo non exeat donec soluerit dictum banum. Jtem quod omnia ipsorum bona si[*n*]t puplicata (*sic*) comuni albe. et vasta permaneant et inculta donec soluerint. Jtem pronunciauit quod omnes ipsorum familie de ciuitate non reuersure penitus expella[*n*]tur. (2) *Jsti sunt mortifficati et cançellati secundum formam pacis.* (5

§ Quoniam predicti Oglerius censol[d u s]. Sysmundus eius frater. et Presbiter censol[d o r u m]. hostiliter fecerunt (6) insultum in territorio et fine ciuitatis albe videlicet in plana ultra tanagrum. et ibidem boues capiendo. et hoc predicto domino Jacobo potestati sit probatum et pluribus testibus sit manifestum. Jd[*e*]o dictus potestas quemlibet ipsorum condempnauit in libris. c. et in banno quemlibet illorum de predictis libris. c. ponit de quo non exeat nisi prius soluerit dictum bannum. Jtem quod omnia ipsorum bona publicata sint comuni. et vasta donec soluerint. et permaneant inculta. Jtem pronunciauit ut omnes ipsorum familie de ciuitate non reuersure. penitus expella[*n*]tur (2) *cançellati et mortifficati. secundum formam pacis* (5

§ Quoniam Anricus acuarjus. accusatus fuit furasse Mascaro de diano. tres saccos et vnum Jugum Valençia. solidos. v. de nocte et Requisitus. (fuit) per Gittonum nunçium comunis non uenit idcirco dictus potestas pronunciauit ipsum in banno maleficii secundum formam capituli de libris. L. de quo non exeat nisi soluto banno. et predictas res restituerit.

§ Quoniam Magister Otto tranauasus fuit accusatus percuxisse dominam Scarmundam uxorem magistri Willelmi de una riga siue palmatoria in capite desuper occulum. et sanguinem fecisse. et Requisitus. per michaelem saltarium non uenit idcirco dictus potestas pronunciat ipsum in banno de libris. v. pro ipsa feruta secundum formam capituli. de quo non exeat nisi soluto banno:

---

oblique da destra a sinistra. (3) *Segue cancellato*: non uenit (4) R: hec
(5) *Il tratto in corsivo è di altra mano.* (6) R: fecerunt fecerunt (7) F.

§ Quoniam Johannes de plana fecit asaltum super Nicolaum burgesum leuando gladium contra eum silicet cultellum volendo ipsum percutere. et non percuxit. et Requisitus. per Maronum nuncium comunis non uenit Jdcirco sit in banno secundum formam capituli de solidis. xv. quia erat de minoribus.

§ Quoniam Johannes de plana Jngecit (*sic*) manum irato animo Jn nicolaum burgessum a collo superius capiendo ipsum per capillos Jta quod proiecit et cumquasauit ipsum in terra et Requisitus per predictum maronum. ut ueniret coram predicta potestate non uenit idcirco dictus potestas ponit ipsum in banno de solidis. c. quia de minoribus est.

(7) § Quoniam Boxa filius Anrici de la plana et Vbertus filius Anrici seneuerii de loco nouelli fuerunt accusati abstulisse per uim domine priorie sancte trinitatis runçinum unum rubeum valentem libras. IIIJ. et Requisiti. per nuncios comunis ut uenirent coram potestate non uenerunt. Jdcirco sint in banno de furto et Maleficio secundum formam capituli (2)

§ Quoniam inuentum fuit in domo Sysmunde uxore (*sic*) condam Raimundi gorçani de nouello. staria IIJ. cexerças (*sic*) Veccosas. et IIIJ. caseos. furate (*sic*) in castro nouelli Jn cellura Gunfredi tome et postquam s[*c*]iuit eas sureptas fuisse tenuit dudum in domo sua et non manifestauit alicui nisi prius manifestata fuerunt a latrone qui eas suripuit et Jnuente fuerunt in dicta domo per Judicem qui eas inquirebat ideo sit in banno de libris. x. de quo non exeat nisi soluto banno (2).

§ Quoniam Willelmus durjus qui et lurjus dicitur. et Sicardus caualerjus accusati suripuisse in castro nouelli clamidem unam de Blauetta. et tunicam. I. et alias res valentes solidos. xxx. et plus. et Requisiti pluries per nuncios comunis non uenerunt nec aliquis uenit qui eos defendere uellet idcirco sit quilibet eorum in banno de libris. L. secundum formam capituli (2).

§ Quoniam bonus Johannes filius discalçi. et bonus petrus de roddo. accusati leuase cumçelino Nicolaj de stratta nottu et exportasse pixes ualentes solidos. III. et plus et Requisiti. per nuncios comunis bis ad domum suam et non uenerunt idcirco sint quilibet eorum in banno de. libris. L. astensibus secundum formam capituli. de quo banno non exeant nisi soluto banno.

§ Quoniam Anriettus de nouello fuit ad [*de*]robandum et capiendum homines castanj ducentes mercatum. silicet. salem et aliam negoocionem (*sic*) ad uendendum in alba. Justa boscum maiorem (et) [*in*] districtu et Jurisdicione albe. Jdcirco predictus potestas ponit ipsum

Anriettum in banno. de libris. xxv. (2) *mcclij Jndictione x die. xxi. Januarii cassatus de precepto domini Gabrielis militis domini Thebaudi de oscosali potestatis albe quia soluerat dictum bannum Nicolao de morocio clauario comunis tempore domini Willelmi Robaudi potestatis albe* (8).

§ Quoniam Bertulinus de pançolo. et Jacobus cupa de monforte accusati [*fuerunt*] derobasse. Giroldum de saona in campis monforti et ei abstulisse denarios. xviij idcirco sint in banno de robaria secundum formam statuti(s).

§ Quoniam Oddo grininus fuit accusatus suripuisse Oglerio isacco clamidem unam uiridis cum penna cunigli valentem solidos. lx. astenses et plus et requisitus fuit pro eo furto per Gabinum nuncium comunis ut ueniret coram potestate. pro ipso furto et non uenit ideo potestas condemnat eum. in solidis. xx. pro Requisicione. et in libris. xxv. pro ipso furto. (9) et ipsum ponit in banno de quo non exeat nisi soluto banno et dictam clamidem dicto Oglerio restituerit. uel ualimentum.

§ Quoniam Bastardus petri maçuchi fuit accusatus suripuisse Mainfredo serratori. Martellum. i. et cultellum unum valentes denarios. xij. et Requisitus. per Maronum nuncium comunis ut ueniret coram potestate non uenit ideo potestas condemnat. ipsum in solidis. xx. pro ipso furto de quo non exeat nisi soluto banno.

§ Quoniam Willelmus de bella accusatus suripuisse. iiii. brachia tele Matelde de fraueis valentes (*sic*) solidos. iij. de notte Jn scrinea in qua ipsa laborabat et Requisitus fuit per bertolottum nuncium comunis pluries a domo ubi ipse stabat et non uenit ideo potestas condempnat eum pro ipsis requisicionibus in solidis xx. et in libris. xxv. pro ipso furto. et in banno ipsum ponit de predictis libris. xxv. de quo non exeat nisi soluto banno et dictam telam restituerit suprascripte Matelde.

CCLI. [1241 — 20 febbraio 1242]

[*Nomina bannitorum tempore Vgulini de Rubeis*].

(1) Hec sunt banna data tempore dominj Vgulini de rubeis potestatis albe. et sunt possita in registo tempore domini Bandinelli de signa albensium potestatis. m.cc.xlij. Jndictione. xv. quod fuit die. xx. februarii.

---

238 v. *diversa.*

(8) *Il tratto in corsivo è scritto nel margine sinistro da mano diversa.*

(9) *Segue cancellato* : de quo

Quoniam Oliuerius berrutus fuit accusatus percussisse ottonem loterium. de cutello in brachio. ita quod Sanguis exiuit Jdeo dictus potestas condempnauit ipsuM. in libris. xv. de quo exire non possit nisi prius soluerit ipsuM bannum. et expellatur a ciuitate nec reuersurus in ciuitate nec a duobus miliariis prope usque ad unum annum. nisi se concordauerit cum dicto ottone

Eodem die.

Quoniam Petrus de calocio qui stat maliani. et est nepos petri de uicia. verberauit erbam morciam (2) nuntium comunis ad malianum qui iuerat precepto potestatis saxire quendam mulum Willelmi de purcilo. et ipse fuit preconiçatus per ciuitatem ut ueniret coram potestate. se de dicto maleficio defensurus. sub pena. librarum. L. et non uenit. Jdeo dictus potestas condempnauit dictum petrum. in. libris. L.

Eodem die.

Quoniam henricus ciuitas filius Willelmi cita. (qui) percussit Rufinum sclassum de uno drardo (*sic*) in brachio sicut probatum fuit per testes Jdeo predictus dominus vgulinus condempnauit ipsuM henricum. secundum formam capituli in libris. xv. (3) et quod dictus henricus infra. xv. dies expellatur de ciuitate non reuersurus in ciuitate[*m*] nec a duobus meliariis prope usque ad unum annum nisi prius fuerit concordatus cum dicto Rufino. quas. xv. libras. soluit vberto costancio clauario tunc comunis albe.

CCLII. [20 maggio 1241].

[*Nomina bannitorum tempore Hugulini rubei*].

(1) (S. T.) Anno domini Millesimo Ducentesimo XLI. Jndictione. XIIIJ. quod fuit die XX. Madii Jm tempore domini Hugulini rubei potestatis albe Hii sunt baniti.

Quoniam JnVenti fuerunt in scrineo laurencii gazeri solidi VIII. et denarius. I. Januensium falsorum et requisitus foret voce preconia ut ueniret coram potestate sub pena librarum. L. et non uenit et cucurit (*sic*) in banno predicto Jdeo dictus potestas seccutus formam capitulorum de moneta falsa ipsum condempnat in dictis libris. L. et in dicto banno remaneat nec de eo exire possit donec soluerit predictas libras L.

Quoniam Petrus filius Willelmi bauduini. de borçono Acusatus fuit Jacobinum filium Ricardi de sauiliano interfecisse (2) cum cutello et requisitus ut coram potestate ueniret et non venit Jdcirco dictus po-

---

(1) F. 239 *r*. (2) *Sic. Cfr. doc.* CCCCLVII. (3) in libris. XV. *è cancellato, ma è richiesto dal senso.*

(1) F. 239 *v*. (2) *Segue cancellato*: de

testas ponit eum in banno librarum. L. secundum voluntate[*m*] conscilii albensi[*s*] de quo exire non possit nisi predictam quantitatem pecunie soluerit nec interim in ciuitate albe nec in districtu possit habitare nec prope ciuitate[*m*] uel districtu[*m*] per IIIJ miliaria.

Et ego Jacobus magister notarius comunis albe hos scripSJ.

CCLIII. [31 maggio 1241 e 20 febbraio 1242].

[*De banno illorum de braida*].

(S. T.) Anno. M°.CC°.XLIJ. Quod fuit die. XX. februarii. tempore Bandinelli potestatis albensium infrascriptum instrumentum siue bannum fuit scriptum et factum in registo. Quod bannum datum erat tempore domini Vgulinj de rubeis potestatis albe. tenor cuius instrumenti et bannj talis est. Anno Dominj. M°.CCXLJ. Jndictione. XIIIJ. Quod fuit die ultima Madij. Jn alba in ecclesia sancti Laurencij presentibus opicione de puntiiS. Nicolao de monte acuto. Rogerio cairoxio. Rufino niello. Jacobo natarello testibus rogatiS. Jn pleno conscilio per campanam bis pulsatam more solito congregato et celebrato. ad postulacionem ambaxatorum pacis videlicet Sauiliani. Cunej. et foxanj. montisregalis. Dominus Vgulinus rubeus imperialis albe potestas. voluntate et consensu omnium consciliatorum qui in dicto conscilio erant possuit in banno perpetuali comuniS albe omneS dominoS de braida pro morte Johannis liuoti. et occasione. mortis ipsius Johannis. et omnes alias personas que ad dictam mortem fuerunt. et que dederunt conscilium uel operam. uel dolum. uel auxilium. ad mortem ipsius Johannis. uel qui tractauerunt mortem ipsius Johannis ita quod non possint nec debeant uenire nec redire nec equitare aliqua ingenii subtilitate in alba nec in posse. nec in districtu. et qui eos offenderit in here uel personis. uel aliquem ipsorum interfecerit uel alio modo leserit publice uel priuatim. per se uel per alium uel ledi fecerit uel eorum malum tractauerit non teneatur. de aliqua pena comuni albe seu banno et potestas uel aliquis alius qui esset in regimine ciuitatis albe non possit nec debeat aliquam penam uel bannum affere uel extorquere ab illo uel ab illis qui offenssionem predictis personis fecerit. nec eos punire aliquo (1) modo. nec eum uel eos compellere debeat ad aliquam iusticiam faciendam Jmmo possit et debeat sese receptare. et excolligere in alba et in districtu et quicumque eos adsociaret uel cum eis colloquium haberet uel ospitaret eos uel conscilium uel iuuamen eis dederit aliquo modo in alba uel in districtu soluat pro pena. libras.

---

(1) R: alliquo, *ma la prima* l *è espunta.*

L. Januenses. quarum medietas sit comunis et alia potestatis uel alterius persone que esset in regimine ciuitatis albe quociens fecerit et pro qualibet uice. et pro quolibet. Actum albe. Et Ego Willelmus formagerius notarius hoc instrumentum in dicto regesto possui abreuiatum per Jacobum notarium Jussu et precepto dicte potestatis. nichil adens uel minuens preter pontum uel silabam. et hoc feci precepto domini Mathei iudicis dicti domini bandinelli Albensium potestatis presentibus petro de marcenasco. Sismundo de morocio. Ogerio de punciiS.

CCCLIV (1). [18 luglio 1263].

(2) *De qu[estione]. fodri inter Albenses et homines de publicis et Castellarij coram dellegato.* (3)

(S. T.) ANno domini A natiuitate. Millesimo. CC°.LXIIJ. Jndicione. VJ^{a}. Die mercurij. XVIIJ. intrante Julio. Cum questio uerteretur inter dominum Jordanum Arduinum. et dominum Sismundum rapam. Ottonem bonumpetrum. Guillelmum burgum de cerratis. Jacobum ghiglionem. et Poncium occulumcapre colectores fodrorum nomine Comunis Albe ex una parte. et dominum Amedeum de vicia suo nomine. et nomine hominum publiciS. et castellarij. ex Altera. coram domino Perceuallo aperiocculo Judice Albe. delegato ad cognoscendum de questionibus que verterentur inter. comune Albe predictum ex una parte. et quemlibet dicentem. Sibi. iniuriam uel inius seu iniusticiam fierj: ex altera. Que quidem. questio talis erat. Nam dictus Amedeus tam suo nomine quam nomine quo supra dicebat plures terraS de posse et districtu Publicis et Castellarij fore scriptaS et regestatas in rigesto comunis Albe. contra iuS. occaxione quarum petebatur fodrum a dicto Amedeo et suiS hominibus. Castellarij. et Publicis. et dicebat predictuS AmedeuS prenominatas terras fore de posse publicis et Castellarij. et eas non esse in posse nec districtu Albe. et Jdeo dictus Amedeus inficiebatur dictas terras soluere debere(t) fodra. nec AliaS condiciones facere pro comuni Albe. Ex aduerso dictj ForatoreS dicebant dictas terras fore de posse Albe et iurisdicione Albe. et [e]as habere fodra. taglias. et Alias condicioneS pro comuni Albe. cognoscere. et super hoc vtraque pars produxit suos testes. Vnde dictus Judex. visis diligenter dictis testium ab utraque parte productiS et uisis rationibus utriusque partis. Qui eciam Judex bis iuit ad uidendum

(1) FONTI. — A. In *Arch. Civ. Alba*, mazzo 2, n. 2, doveva esistere l'orig., di cui si trova ancora la guardia con un regesto: ma ora manca. — R.

(2) F. 240 *r*. (3) *Il titolo è nel margine destro, della solita mano del*

fines seu terminos qui diuidunt finem Albe. et finem publicis et Castellarij. presente dicto Amedeo suo nomine. et nomine hominum PublicíS et Castellarij. et presente. Ottone bonopetro. pro se et sociiS foratoribus nomine comunis Albe. dixit et sentenciando in scriptis pronunciauit. quod omnes habentes terras et possessioneS. a capite montis siluestri recta linea: usque ad uiam publicam sicut descendit Aqua uerSus Albam debeant et teneantur soluere fodrum supradictis foratoribus nomine comunis albe. Jta quod totus mons siluester remaneat in posse Albe. et omnes habentes terras et possessiones a predicto capite montis siluestri descendendo uersus publicem recta linea a dicta difinitione fini[*s*] superius uersuS publicem et Castellarium absoluit (4) a peticione dictorum fodrorum. qui mons siluester est mediuS inter duos montiones Jtem dixit et sentenciando pronuntiauit presentibus predictis suo et predicto nomine. quod omnes habentes terras et possessioneS a ridono citra uersus Albam a dicta difinicione finis debeant et teneantur soluere fodrum predictiS foratoribus nomine comunis Albe. Et omnes homines publicis et Castellarij habentes terras seu possessioneS ultra dictum riuum a fine Gaurene superius uersus publicem a peticione(m) dictorum fodrorum absoluit. Jtem Absoluit Obertum macharium de castellario et heredes Oberti ualleti. Petrum abutum et fratres. et Johanem porrinum (5) de possessionibus quas ipsi habebant ultra Riuum germane: quia cognouit ipsas terraS fore de posse publicis. a(d) peticione(m) dictorum fodrorum. Actum in posse Albe in montata uallis maioris. Vbi fuerunt Rogati et conuocati testes. Botus brunus. Anselmus de prarolio. Boninus ghisulphus. (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Cunradus de fantibus. Notarius. Jnterfui rogatus. ScripSJ

CCCLV. [3 gennaio 1253].

(1) *De feudo Sancti Stefani de Astesio* (2).

(S. T.) Anno domini A natiuitate Millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio Jndicione vndecima [*quod*] fuit die tercio Jntrantis Januarii Albe presentibus Jacobo numentono otone Censol[*do*] et Oberto de racunisio Rogatis Testibus in ecclesia sancti Johannis in pleno conscilio Ciuitatis Albe per Canpanam More solito co[*n*]gregato dominus Simon Curolis potestas Albe volu[*n*]tate et consensu omnium conciliariorum

---

sec. XVI. (4) R: absolluit; *ma la seconda* l *è espunta.* (5) R: porrinum *ma la prima* r *è espunta.*

(1) F. 240 *v.* (2) *Il titolo è della mano che scrisse il documento, in in-*

qui Aderant in ipso conscilio et Vice Ac nomine comunis Albe. Jnuestiuit cum quodam baculo quem habebat in manibus dominum Manuellem comitem de bland[r]ato seu de porcilio filium condam comitis Guidonis eius nomine et fratrum suorum filiorum condam dicti comitis Guidonis per se et eorum heredes in rectum et gentile feudum et nomine recti et gentilis feudi de toto eo quod dominus vbertus condam comes de bland[r]ato et dominus Guido Supradictus frater eius et predecessores ac successores eorum. Tenebant seu tenere debebant in feudum A comuni et pro comuni Albe. in turri et Castro Villa hominibus Jurisdicione Contitu et territorio sancti stefani de Astexio et specialiter de tota turri Maiori que est in dicto castro secundum quod predictus dominus Vbertus comes et dominus Guido frater eius seu Alter eorum et predecessores eorum Alias per comune albe et pro ipso comuni de predictis fuerant Jnuestiti. Tali modo quod dictus dominus Manuel pro se et fratribus eius et heredes eorum omnia predicta et singula habeant et teneant et possideant seu quasi possideant in feudum et pro feudo A comuni et pro comuni Albe. et quod voluerint inde faciant ta[*m*]quam de recto et gentili feudo et saluo Jure et fidelitate dicti comunis sine contradicione ipsius comunis et potestatis Albe et cuiuslibet persone pro comuni albe. Eapropter ibidem incontinenti predictus dominus manuel comes pro se et fratribus suis fecit et iurauit pro feudo predicto fidelitatem predicto domino simoni Curolio potestati albe. vice et nomine comunis albe et promisit ac Jurauit corporaliter atendere et obseruare Comuni albe omnia ea et singula que in fidelitate continentur et contineri debent et omnia ea et singula que fidelis vassallus tenetur et debet facere et obseruare domino suo pro recto et gentili feudo et in contrarium vllo tempore non venire nec facere promisit. Jnsuper supradicto domino simoni Curolio potestati Albe stipulanti uice et nomine comunis albe non vetare comuni albe supradictam turrim set eam comuni Albe et potestati seu consulibus comunis albe vice et nomine ipsius comunis tradere et expedire guarnitam et scaritam quandocumque necesse esset ipsi comuni albe et de ipsius comunis procederet voluntate. Et ibidem comune ex dicto feudo et homines albe reducere et defendere et iuuare promissit contra omnem personam. et Hec omnia supradicta et singula Atendere et obseruare promisit et iurauit sub obligacione bonorum suorum.

EGO Autem bonus petrus Aleus notarius his Jnterfui et Rogatus ScripSi

(S. T.) ET EGO Jacobus berrutus notarius publicus Jnstrumentum huius Autentici vidi legi et sicut in ipso continebatur ita et hic Scripsi nichil Addito uel diminuto quod mutet significationem Jussu domini Bertrami de caradello militis et

subvicarii domini Guillelmi albanensii. vicarii albe. et sic meum signum et nomen subscripsi.

(3) (S. T.) Et Ego Guillelmus de strata Jmperialis et Jllustrissimi domini Karoli dei gratia Regis sicilie notarius. Autempticum Jnstrumentum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur sic et in supradicto continetur exemplo nichil addito uel diminuto quod mutet significationem et sic meum signum et nomen subscripSJ .·, .·, .·,

(4) (S. T.) Et Ego Obertus bauduinus notarius exemplum Jnstrumenti supradicti et Jnstrumentum vidi et legi et sicut continebatur in eo sic et in Jsto exemplo continetur nichil Addito uel diminuto quod mutet significacionem. et sic meum nomen et signum subscripSJ ·:·

CCCLVI. [15 febbraio 1357].

(1) *Jn Castro Serrelonge vend[itio]. Jorn[atarum]. 150 terrarum Michaeli ghersie de neueis in finibus albe in vlmeta et pro florenis 1700 auri per dominum Manfrionum et danielem de falletis* (2).

Hoc est exemplum Cuiusdam Jnstrumenti Cuius tenor tallis est Jn nomine dominj amen Anno natiuitatis eiusdem Millessimo tricentessimo quinquagessimo septimo Jndicione decima/ die quintodecimo mensis februarii Actum in castro Serrelonge Albensis diocessis in. quadam Caminata palacij ipsius Castri presentibus Thebaudo fornariario dicto bertalle Anthonio de zocho filio condam Jacobi georgio Jaramella Rainaldo mascaro thomao de vlmo omnibus de Alba Jouenino de clussa de foxano et rafaello de ventonis de Janua testibus vocatis et rogatis dominj Mainfreonus et daniel de falletis fratres filij condam dominj Jofredi falleti de Alba eorum proprijs nominibus et suorum heredum et causam habentium ab eisdem ac vice et nomine dominorum Bartolomei et Johannis fratrum suorum et eorum heredum et causam habentium ab eisdem/ pro quibus promisserunt de rato habendo sub obligacione omnium bonorum suorum et cuiuslibet ipsorum/ et quilibet eorum se principaliter et in solidum obligando vendiderunt et causa et nomine pure et perfecte venditionis/ dederunt et tradiderunt seu quaxi libere et in alodio/ nullo iure in sese penitus retento Micaelli ghersie de neueiis presenti et recipienti stipulanti et ementi vice et nomine et procuratorio nomine Nicolini

---

chiostro rosso. (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 241 *r. Qui comincia a scrivere il notaio Bonifacio d'Altavilla, del*

marenghi de neueis filii condam domini thomaini marenghi ac vice et nomine heredum suorum et causam ab eo habentium Jornatas centum et octuaginta terrarum videlicet in terris cultis et non cultis autinis vineis Jardinis pratis nemoribus et zerbis(Et domum et Columberium et alia hedificia cum solo et edificio in eis existente(s) et cum Juribus et pertinentijs suis et cum omnibus Jngressibus accessibus et egressibus et vtilitatibus cum quibuscumque actionibus ad eas terras domos Columberium et alia edificia domos columberium Autinos vineas Jardinos prata nemora et zerbos quouis modo spectantibus et pertinentibus' que terre Autini vinee prata zerbi nemora domus et Columberium Jacent in finibus Albe. loco vbi dicitur in vlmeta seu in marcenasco siue ad domum Marescoti Quibus terris Autinis vineis pratis Jardinis nemoribus zerbis domo et Columberio simul tenentibus coheret Jacobus sapensus in duobus locis videlicet pro terra sua in vno loco et pro terra quam emit a domino Anthonio de perno in alio loco(Guillelmus chechinus riuus currens flumen talorii usque ad rocham blancham strata qua Jtur uersus murram riuus poleti Viuaudus vetulus et fratres filij condam henrici vetuli de serralunga heredes condam dominj ogerij mazaburre in duobus locis. Oddo gamba Jaconus de airali Johanotus Almanus et si qui alij sunt coherentes et cum omnibus et singulis que ad dictas terras autinos vineas prata. Jardinos. zerbos et nemora ac domum et Columberium pertinent infra et intra dictos confines et alios si qui forent Et hoc pro pretio inter ipsos dominos manfredum et daniellem eorum nominibus et vice et nomine dictorum dominorum bartolomei et Johannis de falletis fratrum suorum(ad dictum Nicolinum marenghum ut confitebantur ipsi dominj Mainfredus et daniel habito et Confirmato ac conuento florenorum Mille et septingentorum boni auri siue ponderis et bone lie de florentia Quod pretium seu quos florenos auri MDCC dictorum ponderis et lie pro pretio supradicto' dicti dominj Manfreonus et daniel de faletis eorum proprijs nominibus ac vice et nomine dictorum dominorum bartolomei et Johannis fratrum suorum fuerunt confessi taciti et contenti se habuisse et integre recepisse de propria peccunia ipsius Nicolini marenghi et in bonis florenis auri dictorum ponderis et lie ac sibi traditum et numeratum fuisse per dictum Nicolinum' renuntiantes exceptionj non habite et non recepte dicte quantitatis pecunie et in dictis florenis et eadem causa et pro ipso pretio. spei future numerationis receptionis et exceptioni doli mali et in factum actioni et conditioni sine causa et ex iniusta causa nouis constitucionibus de pluribus et eis debendi et epistole diui adriani priuilegio fori' ita quod vbique et sub quolibet Judice ecclesiastico et seculari et in qua-

cumque curia ecclesiastica et seculari possint realiter et personaliter conueniri et vbi conuenti fuerint promisserunt ipsi dominj Manfredus et daniel eorum proprijs nominibus ac vice et nomine dictorum dominorum Johannis et bartolomei fratrum suorum et quilibet in solidum Judicio interesse et nichilhominus. si in uno loco conuenti fuerint Ambo aut vnus ipsorum uel alius eorum nominibus in Alio loco et alijs locis. semel et pluribus vicibus possint et valeant conueniri Ambo et quilibet in solidum et semper et vbique promisserunt' Judicio sisti et Judicatum soluere' Submitentes se et bona sua camere dominj nostri pape et eius curie Ac curie dominorum cardinalium ipsius camere auditorum ipsorum et subauditorum ac legatorum dellegatorum et subdellegatorum ipsius camere et curie antedicte paruo sigillo montispessulis (3) eiusque viribus rectorum et gubernatorum ipsius ac curie et camere dominj regis francorum et curiabus Astensi Albensi Clarasci Cunei Montisregalis et curie tam in spiritualibus quam in temporalibus domini Albensis Episcopi et eius vicarij. Et generaliter Curie Cuiuscumque et quorumcumque loci villarum Ciuitatum et locorum pedemontis et lombardie renunciantes etiam per pactum' legi qua subuenitur circonuentis vltra dimidiam iusti pretij quod venditio ressindatur. aut iustum pretium supleatur cuicumque Alii legi super hoc loquenti Asserentes et protestantes quantitatem predictam pecunie fore iustam et conueniens pretium possessionis et Jurium ipsorum predictorum renunciantes etiam cuilibet capitulo et rescripto Jmpetrato uel etiam Jmpetrando propter quod uel cuius occaxione dicta venditio' seu contractus dicte venditionis in aliqua sui parte posset Jnfringi uel in aliquo mutilari viciari uel aliqualiter derogari et demum omni alij. exceptioni priuilegio Juris deffensioni et legum auxilio quibus sese tueri possent ita quod in hac generali renuntiatione quelibet specialis renuntiacio Jntelligatur apposita ac si de ea in presenti contractu mentio. facta foret Et ideo voluerunt et Jusserunt dicti domini Manfreonus et daniel de faletis eorum proprijs nominibus et vice et nomine dictorum bartolomei et Johannis fratrum suorum pro quibus eis promisserunt de rato. ipsum michaellem presentem et stipulantem vice et nomine ipsius Nicolinj et ipsum Nicolinum. et Causam habentes [*que*] ab eo exiuerit semper et quandocumque uoluerit intrare Jre. stare. et esse in corporalem possessionem uel quasi dicte pecie terrarum viniarum pratorum boschorum zerborum domus et Columberij. et eam habere iure proprio et tenere. et de eis et Juribus earum. ac pertinentijs facere quicquid eidem Nicolino et suis

---

sec. XV. (2) *Cfr. nota* (2) *doc.* CCLIV. (3) F. 241 *v.* (4) F. 242 *r.*

heredibus placuerit faciendum Confitentes et protestantes sese dicti dominj Manfreonus et daniel eorum nominibus et vice et nomine dictorum bartolomei et Johannis fratrum suorum dictam peciam terrarum vinearum autinorum pratorum boschorum zerbi domus et Columberij tenere et possidere precario nomine dicti Nicolinj marenghi et suorum heredum donec ipse Nicolinus per se uel alium eius nomine ipsius pecie terrarum et Jurium ipsorum possessionem corporalem uel quaxi acceperit quam aprehendere possit et ei liceat auctoritate propria et Jmpune et aprehensam retinere deinceps sine contradictione alicuius persone Ad quam aprehendendam et aprehensam retinendam dicti dominj Manfreonus et daniel eorum proprijs nominibus ac vice et nomine dictorum Bartolomei et Johannis fratrum suorum eidem Michaelli stipullanti vice et nomine dicti Nicolini et ipsi Nicolino licet absenti licentiam tribuerunt et omnimodam potestatem Ac promitentes ipsi dominj Manfreonus et daniel venditores eorum nominibus et quo supra nomine eidem Michaelli nomine dicti nicolini stipullanti et michi notario infrascripto ut persone publice stipullanti et recipienti vice et nomine ipsius Nicolini et suorum heredum predictam venditionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta et contenta in ipsa venditione perpetuo per se et suos heredes ratam et rata gratam et grata firmam et firma habere et tenere ac nullo tempore contrafacere uel venire nec contrafieri uel veniri permitere uel consentire aliqua racione uel causa de iure uel de facto etiam si de iure possent sed ipsam peciam terrarum pratorum Vinearum nemorum boschorum zerbi domus et Columberii cum omnibus Juribus et pertinentijs suis ipsi Nicolino et suis heredibus defendere auctorizare et disbrigare contra quamcumque personam Colegium et vniuersitatem et defensam manutenere eidem Nicolino et suis heredibus promisserunt dicti venditores eorum nominibus et quo supra nomine eidem Michaelli et michi Jamdicto notario ut supra stipullantibus et recipientibus vice et nomine ipsius Nicolini et suorum heredum. Et si forte lix uel questio seu aliqua alia contentio de ipsa pecia terrarum pratorum vinearum autinorum boschorum et zerbi ac domus et Columberii uel de parte aliqua ipsorum per aliquam personam uel aliquas personas Vniuersitatem uel Comune eidem Nicolino uel suis heredibus moueretur seu moui atemptaretur litigando causando uel alio quouis modo in Judicio uel extra iudicium uel alio quouix modo promisserunt dicti manfreonus et daniel eorum nominibus et quo supra nomine per pactum expressum eidem michaelli et michi iamdicto notario quo supra nomine stipullantibus et recipientibus vice et nomine ipsius Nicolini et suorum heredum ipsam litem questionem et

controuersiam in sese suscipere postquam ad eorum uel alterius eorum notitiam aliqualiter peruenisset per denunciacionem uel alio quouis modo et ipsam eorum sumptibus et expensis ducere et tractare usque ad finem et ad finem reducere. Et si forte in causa subcumberent aut si eis uel alteri eorum uel suis heredibus de ipsa pecia terrarum pratorum Autinorum boscorum vinearum zerbi domus et Columberii euinceretur in totum uel in partem tunc et eo casu dicti domini de falletis promisserunt eidem michaello et michi iamdicto notario stipullantibus vice et nomine ipsius Nicolini et suorum heredum eidem Nicolino et suis heredibus redere et restituere pretium dicte rei empte cum dampnis exprecij et interesse Et si dicti Manfreonus et daniel eorum nominibus et nomine quo supra uel sui heredes predicta omnia et singula non obseruarent et dictus Nicolinus marenghus uel eius heredes dampnum aliquod substinerent in Judicio uel extra aut expensas facerent' quouis modo eundo' et redeundo stando nuncios mitendo causando uel alio quouis modo' tunc et in eo casu dicti domini Mainfreonus et daniel per se et suos heredes et eorum nominibus et nomine quo supra promisserunt redere et restituere ipsi Nicolino et suis heredibus omnia et singula dampna expensas et interesse. que et quas ipse Nicolinus aut sui heredes uel alius eorum nominibus fecisset uel faceret aut substinuisset uel substineret si de ipsa pecia terrarum et aliorum predictorum venditorum uel parte aliqua ipsius molestaretur aut Jnquietaretur. si eidem uel suis heredibus euinceretur in totum (4) uel in partem uel etiam nulla euictione secuta de quibus dampnis expensis et interesse dicti dominj Mainfreonus et daniel eorum nominibus et quo supra nomine credi et stari voluerunt et Jusserunt nudo verbo ipsius Nicolini aut eius nuntij uel eorum heredum sine testibus et Juramento et alia probatione quacumque remissa prius per dictos dominos mainfreonum et daniellem eorum et dictis nominibus per pactum eidem Nicolino et suis heredibus licet absenti et eidem michaelli et michi dicto notario quo supra nomine stipullantibus et recipientibus' necesitate qualibet denuntiandi et Appellandi et apellacione prosequendi et ad robur et fortitudinem promisserunt dicti dominj Mainfreonus et daniel eorum nominibus et quo supra nomine tactis scripturis manu propria Jurauerunt ad sancta dei euangelia omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo atendere et obseruare et non contrafacere uel venire nec contrafieri uel ueniri permitere aliqua racione uel causa de iure uel de facto etiam si de iure possent. Preterea dicti domini Mainfronus et daniel promisserunt pro se et suis heredibus dicto michaelli dicto nomine stipullanti' videlicet et nomine dicti Nicolini et michi iamdicto no-

tario' quo supra nomine stipulanti facere et curare cum efectu Quod dominj bartolomeus et Johannes eorum fratres pro quibus promisserunt de rato ut supra' predictam venditionem' in omnibus et singulis Capitulis in ipsa venditione contentis. Cum promissionibus renunciationibus' obligacionibus et Cautellis' ratificabunt et approbabunt et promitent de defendendo et de restituendo expensas et cetera omnia et singula facient que ipsimet fecerunt et eorum bona obligabunt et renunciabunt exceptionibus oportunis' Et pro hijs omnibus et singulis melius atendendis et firmius obseruandis' dicti dominj Mainfreonus et daniel omnia et singula eorum et cuiuslibet eorum bona in solidum suo nomine et nominibus dictorum dominorum bartolomei et Johannis fratrum suorum bona ipsorum dominorum Bartolomei et Johannis nomine pignoris dicto Nicolino licet absenti et ipsi michaelli et michi notario stipulantibus nomine ipsius Nicolini' obligarunt Jubentes exinde dicti dominj Mainfreonus et daniel eorum nominibus et nomine quo supra per me notarium infrascriptum fierj vnum et plura si expedierit et ipsi Nicolino placuerit publica Jnstrumenta de Consilio si opus fuerit sapientum.,. Et Ego franciscus tortanea Ciuis Albe publicus Jmperiali auctoritate notarius predictis presens fui et rogatus scripsi.

Jn nomine dominj amen. Cum exigentibus frequentibus negociorum varietatibus prouida vtriusque iuris deliberatione Caueatur vt exemplum ab autentico sumptum fidedignis assertionibus comprobatum' autenticoque munimine roboratum fidem faciat vbilibet in agendis' Jdcircho hoc exemplum sumptum et extractum per me Bonifacium de Altauilla ciuem albe notarium publicum subscriptum Ad Jnstantiam et requissitionem nobilis Johannis gastaudengi' Sindici' et sindicario nomine Comunis hominum et vniuersitatis dicte Ciuitatis Albe' Ex autentico et originali Jnstrumento recepto et in publicam formam leuato per condam franciscum tortaneam notarium predictum Pro ipsorum comunitatis hominum et vniuersitatis interesse' et quorum' ut ex ipso autentico et originali Jnstrumento euidenter aparet Jnterest' Spectabili ac eximio Juris utriusque doctori domino Johanni francischo de pezanis de papia. hon[orabili] vicario dicte Ciuitatis. Jnsinuatum fuit et est' ipso domino vicario' pro tribunali sedente' in loco Juris solito eiusdem Ciuitatis tamquam Judice ordinario et Jurisdictionem ordinariam eiusdem Ciuitatis habente Seruatis in hijs quibuscumque solempnitatibus tam Juris quam. facti in tallibus et simillibus debitis et requissitis. Ac in eiusdem dominj vicarij et Judicis antedicti presentia per me ipsum bonefacium de Altauilla notarium predictum et infrascriptum ac alios subscriptos notarios' qui diligenter et fideliter. cum ipso Autentico et originali Jnstrumento Ascultauimus et de eo. facta debita Ascultacione' nilque adito uel diminuto quod substantiam mutet uel variet intellectum Et cum prefatus dominus vicarius et Judex antedictus. Cognouerit et reperierit presens exemplum seu transumptum cum ipso Autentico et originali Jnstrumento per ordi-

nem concordare et in nullo deficere uel diferre. vt ipsi exemplo seu transumpto de cetero tam in Judicio quam extra vbilibet adhibeatur plena fides. Causa plene cognita/ et ex officio publico magistratus/ suam Curie et Comunis Albe auctoritatem interpossuit et Jnterponit pariter et decretum de quibus omnibus et singulis tam prefatus dominus vicarius ac Judex ordinarius quam. dictus sindicus dicto nomine preceperunt et mandauerunt per me notarium Jnfrascriptum. bonifacium de Altauilla fierj debere publicum instrumentum. Et predicta acta fuerunt in dicta Ciuitate Albe. sub porticu palacij Comunis eiusdem Ciuitatis. ad solitum Juris banchum sub Anno dominj Millesimo ccccLxxij° Jnditione quinta. die. viiij mensis setembris presentibus Secundino de secondellis et Martino milano Ciuibus dicte Ciuitatis testibus ad premissa vocatis et rogatis. Regnante feliciter Jllustrissimo principe ac excellentissimo domino. Gulielmo Marchione Montisferrati etc. (*sic*) dominoque huius Alme Ciuitatis Albe.

(5) (S. T.) Ego Johannes antonius de agladio Ciuis Albe publicus Jmperialj auctoritate notarius. hoc exemplum vna cum infrascriptis dominico galiano et philipino de Altauilla notarijs ad autenticum Jnstrumentum Manu dicti francisci tortanee scriptum et confectum coram prefato Spectabili domino vicario/ et Judice antedicto dilligenter. et fidelliter Ascultaui/ Et quia vtrumque concordare Jnuenj. de ipsius domini vicarij et Judici(j)s Mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium hic me subscripsi et signum meum tabbellionatus (*sic*) consuetum Appossuj

(6) (S. T.) Et Ego Dominicus galianus Ciuis albe publicus Jmperiali autoritate notarius suprascriptum exemplum vna cum predicto Johanne Antonio de agladio ac philipino de altauilla notario infrascripto ad autenticum (7) Jnstrumentum manu dicti francisci tortanee scriptum et confetum (*sic*). Coram prefacto Spectabili domino Vicario et Judice antedicto fideliter et diligenter ascultauj Et quia vtrumque concordare Jnuenj nil addito uel diminuto. quod sensum mutet uel variet Jntelectum/ de ipsius dominj vicarij et Judicis antedicti mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium hic me Subscripsi et signum meum tabellionatus appossui

(8) (S. T.) Et ego filipinus de altauilla ciuis albe publicus Jmperialli auctoritate notarius Suprascriptum exemplum vna cum prèdictis dominico galiano et Johanne anthonio de agladio notari[*i*]s suprascriptis ad autenticum Jnstrumentum manu dicti francisci tortanee scriptum et confectum coram prefato spectabilli domino vicario et Judice antedicto diligenter et fideliter ascultaui et quia utrumque cu[*n*]cordare Jnueni nil addito uel diminuto quod senssum mutet uel uariet intelectum de ipsius domini uicarij et iudicis antedicti mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium hic me subscripsi et signum meum tabelionatus consuetum apposui. /

Segue ripetuto: in totum (5) F. 242 *v. Quanto segue è di altra mano.* (6) *Quanto segue è di una terza mano.* (7) *Segue cancellato*: sūp (8) *Quanto*

(9) (S. T.) Et Ego Bonifacius de Altauilla Ciuis Albe publicus imperiali auctoritate notarius ac Judex ordinarius suprascriptum exemplum ex autentico Jnstrumento recepto et in publicam formam tradito per suprascriptum franciscum tortaneam notarium publicum. fideliter sumpsi et exemplaui. Et postmodum in presentia prefati dominj vicarij et Judicis antedicti/ Cum dictis dominico galiano Johanne anthonio de agladio et filipino de Altauilla notarijs suprascriptis dilligenter et fideliter ipsum exemplum cum dicto autentico et originali Jnstrumento liquidaui et examinaui Et quia ipsum exemplum cum ipso autentico Jnstrumento per ordinem concordare Jnueni et in nullo deficere uel diferre quod substantiam mutet uel variet Jntelectum vt Jpsi exemplo siue transsumpto de cetero vbilibet tam in Judicio quam extra adhibeatur plena et valida fides/ de ipsius dominj vicarij et Judicis antedicti Mandato et in ipsius exempli bonam fidem et testimonium hic me manu propria fideliter subscripsi et signum meum tabellionatus consuetum Appossuj.

CCCLVII (1). [28 novembre 1220, 25 ottobre 1222, 13 aprile 1445, 27 gennaio 1466, 29 marzo 1469, 16 aprile 1473].

Privilegia imperatoris] *Frederici de regalibus* [*cum confirmationibus Marchionum Montisferrati*].

(2) Hoc est exemplum transsumpti priuilegii Serenissimi Jmperatoris Frederici de regalibus Concessis Ciuitati albe/ Jtem Jnstrumenti Confirmationis dictarum regalium et franchixiarum Ciuitatis eiusdem/ facte per Jllustrem ac excellentissimam condam felicis recordationis (*sic*) dominj domini Johannis Marchionis Montisferrati etc. (*sic*) Necnon et Alterius Jnstrumenti Confirmationis premissorum facte per Jllustrissimum ac excellentissimum dominum dominum Guilielmum Marchionem eiusdem Montisferrati etc. (*sic*) dominum eiusdem Ciuitatis/ Jtem et literam Jpsius prelibati Jllustrissimi domini dominj nostrj Super confirmatione statutorum et qui prefuerit potestas officio vicariatus et colaterarie ciuitatis eiusdem vno Anno non possit per quinquenium proxime subsequens ad ipsum Aspirare officium etc. (*sic*)

Anno dominj Millessimo ducentessimo vicessimo duo (*sic*) Jnditione decima die septima exeuntis octubris. (C.) Jn nomine sancte et Jndiuidue trinitatis/ Fredericus secondus diuina fauente clementia romanorum Jmperator et semper augustus et rex sicilie Si iusta peticio fidelium benignum obsequatur de fauore Jmperantis assensum in eis ex fidei debito seruiendo crescit Affectus et per eorum seruitia Jmperialis ti-

---

segue è di una quarta mano. (9) *Ripiglia la prima mano, di Bonifacio d'Altavilla.*

(1) Fonti. — A. Gli origg. mancano. — B. Ediz. in *Iura civit. Albae*. — R.

tulus exaltatur Eapropter notum facimus vniuersis Jmperij nostrj fidelibus tam presentibus quam futuris Quod nos fideles nostros Albenses et ipsam Ciuitatem Albam Cum suo districtu sub Jmperiali protectione maiestatis nostre recepimus et eis ob eorum puram fidem et preclara seruicia que (3) ipsi nobis et Jmperio laudabiliter exhibuerunt et etiam creduntur exhibituri Ex Jmperiali beneuolentia serenitatis nostre Concessimus eis et confirmauimus bonos vssus suos scriptos et non scriptos atque Consuetudines' Jta ut liceat eiusdem Ciuitatis Comuni vti inter sibi subiectos et sue Jurisdictionis seu districtus homines constitutos mero imperio' et muros et ualla eiusdem ciuitatis albensis loca siue castra et villas construere et reficere et omnia alia gerere que ad Jurisdictionem pertinent ordinariam seu ordinandam. Jtem quod nulli Judici qui habeat ordinariam Jurisdictionem siue dellegatam' liceat personam singularem eiusdem Ciuitatis uel districtus ad suum trahere examen. Cum Comune ipsius Ciuitatis paratum sit sibi Conquerentibus plenariam (4) Justiciam exhibere Verum si quis eorum contra hoc nostre Jmperialis auctoritatis priuilegium Jn hijs aliquatenus aggrauare presumpserit bampnum nostrum incurrat et pena Jnsuper centum librarum aurj puri feriatur quarum medietas fisco nostro reliqua pars passis Jniuriam persoluatur Ad cuius rei memoriam et certam in posterum euidenciam presentem paginam conscribi Jussimus et nostre maiestatis sigillo munimine comunirj Et si quid contra predicta factum fuerit Cassamus illud et penitus Jrritum deducimus' huius rei testes Bertuldus Aquilensis (*sic*) patriarcha Sifredus maguntinus Archiepiscopus vlucus patauensis Sifredus augustensis Bertaldus brissinensis episcopi Albertus tridentinus electus Guilielmus Marchio Montisferrati' Guido et Tegrinus fratres Comites tuscie pallatinj Azzo astensis (*sic*) Marchio et alij. quamplures Sigillum domini frederici romanorum Jmperatoris inuictissimj' et semper augusti et Jncliti regis sicilie. Ego Conradus metensis et spirensis. episcopus et Jmperialis aule Canzelarius vice dominj hengilberti (5). sancte coloniensis ecclesie archiepiscopi. et tocius italie archicancelarij recognoui. Data fuit hec in castris prope montem roselum et prope Ciuitatem sutrium Anno dominice Jncarnationis M° ducentesimo vigessimo Jmperatore domino frederico secundo romanorum Jmperante (6) Jnuictissimo et Jnclito rege sicilie Anno Jmperii eius primo' IIIJ Calendis decembris Jnditione VIIJ et data per manum henrici Jmperialis aule prothonotarij inditione predicta. Et ego obertus de strata albensis notarius palatinus vidi et legi autenticum seu exem-

---

(2) F. 243 *r.* (3) R: qua (4) *Lo spaziato è in sopralinea.* (5) R: hengibelti

plum huius priuilegij sigillo dominj romanorum imperatoris frederici secu[n]di et regis sicilie sigillato non fracto non deteriorato et ad eius formam hunc Jnstrumentum conpossui ita quod nichil plus minusue quam in eo continebatur hic scripsi preter literam punctum uel silabam. que si sit non mutat sensum nec significacionem et fuit hoc actum in Alba. Ego autem Bonifacius bonanatus notarius Autenticum huius exempli vidi et legi et cognoui quod in illo plus minusue non continebatur quam in isto preter punctum uel silabam set tamen non mutant significacionem et sigillo dominj frederici romanorum Jmperatoris secundi sigillato non fracto non deteriorato quare subscripsi /. Et ego Gulielmus bonanatus notarius hec ita uera a me cognita in omnibus subscripsi.

Jn nomine sancte et Jndiuidue trinitatis amen. Anno natiuitatis dominj nostrj ihesu xpisti Millesimo quadringentessimo quadragessimo quinto Jnditione octaua die terciodecimo mensis aprilis Actum in castro cassalis sancti (7) euaxij videlicet in Jnferiori camera consilij infrascripti Jllustrissimi domini Marchionis presentibus/ Spectabillibus et Egregiis viris dominis georgio de carreto ex Marchionibus saone/ henrieto et secondino fratribus de natis legum doctoribus. Anrico ex Marchionibus Jncisse/ georgino de scarampis de Caucino et Jacobo de gabiano omnibus consiliarijs Jnfrascripti Jllustrissimi dominj Marchionis testibus notis et ydoneis ad infrascripta vocatis et rogatis Jn quorum et mei notarij Jnfrascripti presentia Egregius legum doctor dominus Authonius rembaldus ac nobiles et circumsspecti viri Benedictus cerratus Thibaldus gastaudengus ogerinus rapanus Simoninus rofinus et guliermus mutus omnes Ciues albenses eorum proprijs nominibus/ et ut sindici et procuratores ac sindacarijs et procuratorijs nominibus comunitatis et hominum ac singularium personarum et vniuersitatis Jnclite Ciuitatis Albe habentes ad omnia et singula infrascripta ab eadem comunitate plenam largam et Amplam potęstatem licenciam bailliam facultatem et speciale mandatum ut constare dixerunt instrumento publico fieri rogato et tradito per prudentem virum bonifacium de altauilla notarium publicum albensem Anno et Jndicione suprascriptis die septimo presentis mensis aprilis Constituti ante conspectum Jllustrissimi principis et excelentissimi domini nostrj dominj Johannis Marchionis Montisferrati (8)/ reuerenter expossuerunt prefato domino Marchionj quod dicta Ciuitas albe fuit et est

(6) Jmperante *è corretto su* Jmperatore (7) F. 243 *v.* (8) *Nel margine sinistro si legge*: 1445. Fidel[itas] Alben[nsium] Ill[ustri]. d[ominio] Johanni

prelibati Jllustrissimi domini Marchionis ac ipsi esponentes et omnes et singuli de dicta Ciuitate et ibi habitantes fuerunt et sunt ac esse debent fideles subdicti et homines ligij prefati Jllustrissimi dominj Marchionis et eius heredum in dicto Marchionatu sucessorum Juramentumque fidelitatis hactenus prestiterunt et seruarunt Jllustri condam felicis memorie domino Johanni iacobo olim Marchionj Montisferrati genitori suo super defuncto. Vnde suum ac dictorum comunitatis et hominum vniuersitatis et singularium personarum dicte Ciuitatis albe debitum ac Justicie consonum fore cognoscunt' quod propter obitum prefati Jllustrissimi dominj Johannis iacobi Jpsi exponentes Comunitas et homines dicte Ciuitatis prefato Jllustrissimo domino Johannj moderno Marchioni eorum vero ac naturali domino debitum et solempne fidelitatis Juramentum prestent quod suis et quibus supra nominibus obtulerunt et offerunt se paratos prestare ad omne beneplacitum excelentie sue' Et se sponte deliberate ac ex certa scientia pro se ipsis ac dictis Comunitate et hominibus albe prefatum Jllustrissimum dominum Marchionem presentem et acceptantem in suum ac omnium et singularium personarum dicte ciuitatis et ipsius ciuitatis albe uerum altum naturalem et vnicum dominum dixerunt recognouerunt et professi fuerunt' dicunt et cognoscunt profitentur et aceptant Necnon suis et quibus supra nominibus ad dellationem prefati Jllustrissimi dominj Marchionis flexis genibus ante ipsum constituti sacrosantas in manibus prefacti Jllustrissimi dominj Marchionis tangendo scripturas debitum et solempne prestiterunt prefato Jllustrissimo domjno Marchioni pro se ac Jllustribus eius heredibus in Marchionatu sucessoribus sacramentum fidelitatem Jurantes in eorum ac dictorum comunitatis hominum vniuersitatis et singularium personarum Ciuitatis albe ipsorumque omnium et singulorum heredum et sucessorum animas Ac promitentes prefato Jllustrissimo domino Marchioni pro se et dictis suis sucessoribus stipulanti et recipienti sub expressa etiam omnium et singulorum tam ipsorum sindicorum quam Comunitatis et hominum et singularium personarum dicte ciuitatis albe presentium et futurorum ypotheca et obligacione bonorum quod tam Jpsi sindici et procuratores quam omnes et singuli homines ac singulares persone dicte ciuitatis ibique habitantes eorumque omnium heredes et sucessores erunt perpetuis temporibus et vbique boni veri fideles et legales subdicti ac homines ligij prefati Jllustrissimi dominj Marchionis eiusque Jllustrium heredum in dicto Marchionatu sucessorum Statum honorem famam Jura et dominia prefati Jllustrissimi dominj Marchionis dictorumque eius sucessorum senper et vbique bona fide Manutenebunt conseruabunt et defendent cuntis eorum viribus Nichil dicent facient

perquirent tractabunt et machinabuntur quod sit contra personam statum honorem famam Jura et dominia prefati Jllustrissimi dominj Marchionis dictorumque eius sucessorum neque dicenti facienti tractanti perquirenti seu machinanti talia consencient imo si talia dici fieri tractari uel machinari sentient illa toto posse et sine fraude Jmpedient ne fiant' Et si Jmpedire non poterunt illa statim nuncijs uel scriptis prefato Jllustrissimo domino Marchioni dictisque eius sucessoribus fideliter significabunt. Sanum et vtille secundum eorum conscientias dabunt consilium prefato Jllustrissimo domino Marchioni et dictis suis sucessoribus si et quociens fuerint requissiti (et) seu viderint expedire Si per prefatum Jllustrissimum dominum Marchionem eiusque heredes et sucessores aut eius uel eorum parte aliquid secretum fuerit ipsis reuellatum. illud neminj pandent neque aliquid facient propter quod pandatur absque ipsius Jllustrissimi dominj Marchionis uel sucessorum licencia. Prefato illustrissimo domino Marchioni eiusque predictis sucessoribus (9) ac omnibus et singulis officialibus suis presentibus et futuris eorumque iustis mandatis parebunt et obedient sine fraude debitamque illis reuerentiam et honorem exhibebunt. Et generaliter. omnia dicent facient exquirent experientur et adimplebunt cunctis eorum viribus pro prefato Jllustrissimo domino Marchione. eiusque predictis sucessoribus que boni veri fideles recti et legales subdicti ac homines ligij pro suo vero alto naturali et vnico. domino facere tenentur et debent et que in Capitulis tam veteris quam noue forme fidelitatis seriossius continentur Premissis autem expositione recognitione aceptacione Juramento et fidelitate sic factis predicti dominus Anthonius Benedictus Thibaldus Ogerinus Simoninus et Guliermus' sindici et procuratores suis et quibus supra nominibus coram prefato Jllustrissimo domino Johanne Marchione Montisferrati eorum domino flexis genibus constituti' reuerenter et cum Jnstantia suplicarunt prefato Jllustrissimo domino Marchionj Quatenus ipsis sindicis et procur[*ator*]ibus et per ipsos dictis Comunitati hominibus et singularibus personis de Ciuitate Albe. Approbare ratifficare et confirmare. dignaretur' omnia et singula eorum priuilegia statuta capitula decreta pacta conuentiones franchixias gratias Jnmunitates libertates honorantias Concessiones bonos mores et laudabiles consuetudines eisdem comunitati et hominibus Ciuitatis albe Concessas factas et Confirmatas facta concessa et confirmata per Jllustres condam dominos Marchiones Montisferrati Antecessores ipsius Jllustrissimi dominj Johannis Modernj marchionis' et presertim per Jllustrissimum condam dominum Johannem Jacobum olim Marchionem Montisferrati Genitorem suum. et quibus et prout usque nunc gauissi fuerunt et

vsi ac de presenti gaudent et pociuntur. — Prefatus autem Jllustrissimus dominus Johannes Marchio Montisferrati repetens animo integritatem fidem legalitatem obsequentiam (10) promptitudinem et sinceritatem ac dilectionis ardorem dictorum comunitatis et hominum dicte Ciuitatis albe versus personam suam et statum eius censensque requissitionem huiusmodi fore Justicie et equitati consonam ac optimis moribus consentaneam vt eosdem in amorem et constantiam fidei confirmaret et intenderet ex certa scientia et deliberatione suorum pariter Magnificorum procerum et consiliariorum maturo participato consilio dictis sindicis et procuratoribus et per eos dictis comunitati et hominibus Ciuitatis albe ac ibi habitantibus omnia et singula eorum priuilegia pacta conuentiones franchixias gratias Jnmunitates libertates honorantias Concessiones decreta Capitula et statuta bonosque mores et laudabiles Consuetudines quibus hactenus gauissi et potiti fuerunt factas Concessas et confirmatas per Jllustrissimos condam dominos progenitores suos presertim per Jllustrissimum condam dominum Johannem iacobum eius genitorem cum illis modificacionibus limitacionibus reseruacionibus de quibus et prout in Capitulis dicte Ciuitatis vltimo factis et Conclussis die decimonono mensis decembris Annj proxime preteriti MCCCCXLIIIJ continetur' Approbauit confirmauit laudauit et ratifficauit Approbat laudat ratifficat et confirmat' decernens et Jubens' Jllas et illa per quoscumque eius oficiales presentes et futuros Jnuiolabiliter obseruarj precipientes tam prelibatus Jllustris dominus Marchio quam dicti sindici et procuratores de premissis omnibus et singulis per me notarium infrascriptum fieri publicum Jnstrumentum vnum et plura si fuerit oportunum ad dictamen sapientum'. Et ego Johannes de vulpis de blanzate filius condam Anthonij publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascriptum Jnstrumentum traditum et rogatum per Egregium dominum Eusebium guiscardum de blanzate prefati Jllustrissimi dominj dominj Marchionis canzellarium et notarium publicum' de licencia et mandato ipsius domini Eusebij de Jmbreuiaturis (et) seu protocollis suis fideliter extraxi et in hanc publicam formam redegi et scripsi meque subscripsi cum appositione soliti signi mei in testimonium veritatis'. Ego Eusebius guiscardus de blanzate. filius Marchi publicus Jmperiali auctoritate notarius ac prefati Jllustris dominj Marchionis Cancelarius premissis expossitionj recognitionj aceptacioni Juramento fidelitatis. promissionj supplicacionj Confirmationj ac ceteris in suprascripto Jnstrumento contentis vnaa cum prenominatis testibus presens Jnterfui eaque sic fierj vidi et Audiuj ac protocollauj et in hanc publicam formam per suprascriptum Johannem vulpum *(sic)*' me alijs prefati Jllustris dominj Mar-

chionis occupato negocijs' scribi et redegi feci meque subscripsi ac solito signo tabellionatus mei signauj in testimonium veritatis premissorum.

Jn nomine Sancte et Jndiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti amen. Anno natiuitatis eiusdem dominj MCCCCLXVIIIJ° Jndictione secunda die XXVIIIJ mensis marcij Actum in terra Cassali sancti euaxij videlicet in Camera venerabilis presbiteri manasse de cessijs Canonici sancti euaxij sita in domo eiusdem presbiteri manasse' habitacionis prope ecclesiam sancti euaxij Presentibus Spectabili domino fratre theodoro de Cucharo Militi Jerosolomitano (11) inclito et nobili leonello de occimiano Camerario infrascripti Jllustrissimj dominj Marchionis. Jn quorum et mei Jnfrascripti notarij presencia Cum nobiles ac prudentes Ciues albenses iamdudum per..oratores sindicos et procuratores ac Mandatarios Ciuitatis eorum per obitum Jllustrissimi condam dominj Johannis Marchionis Montisferrati etc. (*sic*) plenam largam et ligiam prestiterint fidellitatem Jllustrissimo principi et excellentissimo domino nostro domino gulielmo Marchioni Montisferrati' Jn presentiarumque dominationi sue deuote suplicauerint et requissiuerint eorum statuta Capitula priuilegia conuentiones gracias franchixias libertates pacta et Jndulta' ab Jllustrissimis et excelentissimis dominis Marchionibus Montisferrati antecessoribus prefati Jllustrissimi et excelentissimi domini Gulielmi moderni Marchionis Montisferrati' eisdem concessas et concessa (et) seu obseruata per prefatum Jllustrissimum dominum guliermum Marchionem Montisferrati Necnon et eorum Consuetudines sibi confirmarj. et de nouo. ad cautellam sibi concedi et Jndulgerj! Ecce quod prelibatus Jllustrissimus et (12) excellentissimus dominus noster dominus gulielmus Marchio in dicto Marchionatu pleno iure successor et tamquam dominus dicte Ciuitatis de premissis omnibus plene Jnformatus predictorum Nobillium et prudentum Ciuium dicte ciuitatis fidelissimorum sue Jllustrissime dominationis presertim Nobillium Vincentij de boxia et perotinj rauerii oratorum et Mandatorum dictorum ciuium et comunitatis albe votis ac suplici requisitioni Annuere gratifficarique volens. omnia et singula Jpsorum et dicte ciuitatis Capitula statuta' pacta priuilegia Gratias Jnmunitates libertates franchixias Conuenciones Jndulta per prelibatos Jllustrissimos dominos Marchiones Montisferrati eius antecessores et per quem-

---

Marchioni Montisferrati (9) F. 244 *r*. (10) R: obsequenda (11) F. 244 *v*. (10) *Nel margine sinistro leggonsi ancora, ma in gran parte abrase, le parole*: Confir[matio] Gul[ielmi] March[ionis] Montisferrati primi leg[iarum] etc. (*sic*)

libet ipsorum nemoratis Ciuibus et comunitati concessa uel confirmata seu obseruata/ Concessas Confirmatas seu obseruatas et omnes ipsius comunitatis Consuetudines. ex Jnata sue dominationis liberalitate ac ex certa eius scientia et graciosse in presentia testium suprascriptorum et mei notarij Jnfrascripti tamquam publice persone et officio publico fongenti[s] et recipienti[s] nomine et uice dicte comunitatis et dictorum Ciuium. Approbauit et Confirmauit. Laudauit et ratifficauit et de nouo Jndulxit. et valere ac obseruari debere decreuit Jussit et mandauit/ Easque et Ea non reuocare uel ipsis aliqualiter derogare. promissit et promitit in verbo iusti principis et dominj. Et de predictis omnibus et singulis. in dicto Jnstrumento contentis Prefatus Jllustrissimus et excellentissimus dominus noster. dominus guliermus/ Marchio Montisferrati Jussit per me notarium Jnfrascriptum fierj debere publicum Jnstrumentum dictamine sapientum si fuerit expediens. Et Ego Anthonius Guiscardus filius condam Johannis de blanzate vercelensis diocesis. publicus imperiali auctoritate notarius ac Marchionalis Montisferrati Canzelarius premissis omnibus et singulis dum sic agerentur vnaa cum supranominatis testibus presens fui vocatus et rogatus in hanc publicam formam redegi et scripsi meque subscripsi cum appossitione soliti signi mei tabellionatus in fidem et testimonium premissorum

Quamquam. ex ueterum statutorum huius Clarissime Ciuitatis Albe dispossitione et Antiqua obseruatione prouideatur. Quod Ciues dicte ciuitatis (et) seu ad hoc deputati/ elligere debeant singulis sex mensibus ac nominare tres nobiles ac prudentes viros de territorio Jllustrissimi principis et excellentissimi domini Marchionis Montisferrati etc. *(sic)* veri dominj eiusdem Ciuitatis Ad officium potestarie dicte vrbis Quorum electorum presentacione facta prelibato Jllustrissimo domino Marchionj possit excelentia sua quem maluerit ex electis Confirmare ad officium memoratum Tamen quoniam aliter per aliqua tempora Jllustrissimus condam princeps et excelentissimus dominus Johannes Marchio montisferrati fierj Mandauit premissum officium obligando/ et titullo pignoris Alienando/ Ex quo non parua interdum scandala sunt sequuta. Jdcircho/ Nobiles et sapientes Capitulatores dicte ciuitatis/ Jmpetrata et obtenta prius bona et ampla licentia atque consensu ex Jllustrissimo principe et excellentissimo domino domino gulielmo Marchione Montisferrati etc. *(sic)* eorum et dicte ciuitatis uero domino. Premissum Antiquum Statutum/ pro bono regimine et Conseruacione rei publice ac administracione Justicie. Scandalorum extintione/ et ut boni rectoris ibidem ressidentia/ bonos manuteneat

viros/ Malos autem a sceleribus et excessibus arceat/ renouarunt ac ordinarunt (13) et statuerunt illud perpetuis temporibus absque tergiuersione (*sic*) obseruarj debere. Adentes quod qui Anno vno fuerit ibidem potestas vicarius et colateralis et pariter famulus potestatis/ Jnfra Annos quinque ex tunc sequturos/ elligi et ad ipsa officia deputari non possi(n)t Et ut presens statutum firmius obseruetur. supplicandum duxerunt prelibato Jllustrissimo domino Marchionj Quatenus dignetur predictum approbare et confirmare statutum atque Concedere et promitere per se suosque Jllustres heredes et successores/ Quod predictum officium potestarie nullo vnquam tempore obligabunt uel pignorabunt seu Alienabunt alicui persone. Cuiusuix (*sic*) dignitatis (14) gradus et preheminentie sit neque Aliud facient quod huic capitulo et eius dispositioni contrarium sit uel deroget/ sed perpetuo dictos Ciues in dicta elligendi potestatem facultate dimitent et manutenebunt

GulielmuS Marchio Montisferrati etc. (*sic*) Cum omne nostrum studium non modo circha pacem populis nostris tribuendam sed etiam circha salutare ipsorum regimen et succidendam scandalorum materiam ac fomitem versetur Examinata superioris statuti et aditionis Contenentia/ premissum renouatum statutum cum eadem aditione merito Laudamus/ Approbamus et per nos ac Jllustres nostros in Marchionatu sucessores Confirmamus/ promitentes in verbo veri Principis pro nobis et dictis sucessoribus nostris officium potestarie dicte nostre Ciuitatis non vendere non Alienare non obligare neque disponere quicquam quod modo et forma (*sic*) electionis de qua in capitulo fit mentio habeat vllatenus derogare. Jn quorum testimonium presentes nostras litteras fierj Jussimus et registrari Nostri sigilli munimine roborarj. datum Cassali die vigessimo septimo mensis Januarij Millessimo quatercentessimo sexagessimo sexto

Guielmus

Eusebius

Jn nomine dominj amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCCLXXIIJ Jndictione VI die XVJ mensis aprilis Actum albe sub porticu palacii comunis et ad banchum vbi Jus reditur presentibus Nobili Baldesale canderario franceschino de bossia et petrino de nicia (*sic*) Ciuibus dicte Ciuitatis testibus ad hoc vocatis et rogatis/ Suprascripta exempla videlicet transumpti priuilegij Jmperialis ac dictorum duorum Jnstrumentorum marchionalium dictarumque marchionalium literarum sumpta

---

 (13) *Lo spaziato è nel margine sinistro, con richiamo.* (14) F. 245 *r.*

et extracta per me Bonifacium de altauilla ciuem albe notarium subscriptum ad instanciam et requissitionem Nobilis Johannis gastaudenghi sindici et procuratoris Comunitatis hominum et vniuersitatis dicte Ciuitatis ex transumpto dicti priuilegij et ex dictis duobus autenticis instrumentis receptis et in publicam formam redactis ut prefertur. ac ex autenticis/ literis ut supra descriptis sigilloque prelibati Jllustrissimi dominj dominj Marchionis sigillatis et ut supra subscripti/ Spectabili ac eximio Juris utriusque doctorj domino Johanni francischo de pezanis hon[orabili] vicario dicte ciuitatis in dicto loco Juris solito pro tribunali sedenti Jnsinuata fuerunt et sunt seruatis in hijs quibuscumque solempnitatibus tam Juris quam facti. debitis et requissitionibus Ac in eiusdem dominj vicarij presentia per me ipsum bonifacium de altauilla notarium et alios subscriptos notarios qui dilligenter et fideliter. cum dicto Jmperiali transumpto dictisque duobus autenticis marchionalibus Jnstrumentis ac Marchionalibus autenticis literis Ascultauimus/ Et de eis facta debita ascultacione nilque adito uel diminuto quod substantiam mutet uel variet Jntelectum Cum cognouerit prefatus dominus vicar[ius] presentia exempla seu transumpta cum ipsis originalibus transumpto Jnstrumentis et literis per ordinem concordare et in nullo deficere uel diferre vt ipsis exemplis et cuilibet ipsorum seu transsumptis de cetero tam in Judicio quam extra vbillibet adhibeatur plena fides/ Causa plene cognita suam curie et comunis albe auctoritatem interpossuit pariter et decretum/ De quibus omnibus tam prefatus dominus vicarius quam predictus nobilis Johannes gastaudengus sindicus et procurator Jamdictus dictoque nomine preceperunt per me iamdictum et Jnfrascriptum notarium fierj publicum Jnstrumentum.

(15) (S. T.) Ego filipinus de altauilla Ciuis albe publicus Jmperialli auctoritate notarius. Suprascripta exempla seu transumpta transumpti priuilegi[*i*] Jmperiallis dictorumque duorum instrumentorum Marchionallium et dictarum Marchionallium literarum/ vnaa cum infrascriptis Johanne anthonio de agladio/ et Bonifacio de altauilla/ notarijs ad autentica (16) transumptum Jmperialle/ instrumentaque/ et literas/ de quibus supra ac scripta/ et subscripta ut in eis legitur continerj. Coram prefato domino vicario/ sedente ut supra/ diligenter et fideliter ascultaui/ Et quia ea et quodlibet ipsorum ac dictas literas cum dictis autenticis et originallibus transumpto instrumentis et literis concordare Jnuenj de ipsius dominj vicarij Mandato in eorumdem exemplorum et plenam fidem/ et testimonium/ hic me subscripsi et signum meum tabellionatus consuetum/ appossui .,.

(17) (S. T.) Et Ego Johannes antonius de agladio Ciuis Albe publicus Jmperiali

(15) *Quanto segue è di altra mano.* (16) R: autentica: *ma la prim...*

auctoritate notarius suprascripta exempla seu transumpta. uidelicet transumpta priuilegij Jmperialis dictorumque duorum Jnstrumentorum et dictarum Marchionalium literarum vnaa cum predicto philipino de altauilla et infrascripto bonifacio de altauilla notarijs ad auptentica transumptum Jmperiale Jnstrumenta et autenticas litteras de quibus Supra ac scripta et subscripta ut in eis continetur coram prefacto domino vicario sedente vt supra dilligenter et fidelliter ascultaui et quia ea et quodlibet ipsorum ac dictas litteras cum dictis auctentici(i)s et originalibus transumpto instrumentis et literis concordare inueni de ipsius domini vicarii Mandato in eorumdem exemplorum (18) plenam fidem et testimonium hic me subscripsi et signum meum tabellionatus consuetum Apposui.

(19) (S. T.) Et ego Bonifacius de altauilla Ciuis Albe. publicus Jmperiali auctoritate notarius et Judex ordinarius/ suprascripta transumpta seu exempla/ (et) videlicet dicti transumpti Jmperialis priuilegij. ac dictorum duorum instrumentorum Marchionalium et dictarum Marchionalium literarum ex autentico transumpto Autenticisque Jnstrumentis et originalibus literis fideliter sumpsi. Et postmodum in presentia prefati domini vicarij. cum prefatis tabellionibus filipino de altauilla et Johanne anthonio de agladio/ dilligenter cum ipsis autenticis Ascultauj Et quia utrumque concordare Jnuenj de ipsius domini vicarij Mandato/ ad eorumdem exemplorum plenam fidem. et testimonium hic me subscripsi et signum meum tabellionatus consuetum appossuj ./

CCCLVIII. [7 luglio 1511].

[*Priuilegium Maximiliani imperatoris*].

(1) (S. T.) Maximilianus diuina fauente clementia ellectus romanorum Jmperator semper augustus Ac germanie Vngarie dalmacie croacie etc. *(sic)* rex archidux austrie dux burgundie lotoringie brabantie styrie carymthie carniole lymburgie lucymburgie et gheldrie lanthgrauius alzacie princeps sueuie comes pallatinus habspurgij et annonie princeps et comes burgundie flandrie tyrolis goritie artesij holandie selandie Jnferioris riburgie hammurci et zufanie marchio sacri romani Jmperij super arnasum et burgonie dominus/ marchio sclauonice melclinie portus naonis et sallinarum/ Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenorem presentium vniuersis quod Spectabilis noster et sacri Jmperij fidelis dilectus vrbanus de serralonga consiliarius noster nomine nostrorum et Jmperij sacri fidelium dilectorum sindicorum Ciuium et comunitatis ciuitatis albe nobis exposuit

---

cancellata. (17) *Quanto segue è di una terza mano.* (18) F. 245 *v.*
(19) *Ripiglia la prima mano, di Bonifacio d'Altavilla.*

(1) *Qui comincia una nuova mano.* (2) *Quanto segue è di altra mano.*

quomodo domini romanorum Jmperatores et reges predecessores nostri felicissime re[c]tores Ciuitatem Albam specialibus priuillegijs libertatibus et gracijs condonarunt que et quas Jllustres marchiones montisferrati tamquam ipsorum Albensium domini Nedum confirmarunt set precipuis fauoribus augendo cumularunt vt in ipsis literis desuper emanatis plenius continetur Et nobis supplicauit vt dicta priuillegia libertates et gracias confirmare Jnnouare approbare corroborare et de nouo concedere dignaremur' Nos vero ipsius vrbani sinceram erga nos et sacrum Jmperium fidem et obserua[n]tiam quibus in arduis nostris negocijs cum magna prudentia et Jngenij dexteritate Jndefessum sepenumero se exhibuit exploratam habentes precibusque ipsius non Jniustis. annuentes quo et fidei et benemeritorum suorum rationem haberi senciat et alii ipsius exemplo ad nostram obseruantiam animentur dictis albensibus omnia et singula eorum priuillegia libertates gratias donationes exemptiones omnia et singula regalia Juraque statuta et consuetudines et ea omnia et singula que et quallia sint et quibus ciuitas ipsa preterito et presenti tempore consueuit gubernari potitaque fuit et est a diuis romanorum Jmperatoribus aut regibus vel marchionibus montisferrati seu alio quouis modo aut titulo concessis aut Jntroductis Et maxime priuillegium ipsi ciuitati et Albensibus Jndultum a serenissimo condam domino Jmperatore frederico secundo anno domini millessimo ducentessimo vicessimo' quarto kalendas decembris continens quod nullus quiuis ciuis secularis ab ordinario vel delegato aliquo ante primam sententiam trahi possit extra examen proprium ad aliud tribunal pro causa ciuili vel criminali Nullusque ex aliqua dellegatione vel commissione contra ciuem vel habitatorem Albe seu forensem ibi delinquentem pro causa seu delicto Jn Jurisdictione finibus et territorio dicte ciuitatis Comisso nisi solus pretor siue potestas eiusdem ciuitatis eiusque vicarius vel collateralis valeat Jurisdictionem exercere crimine tamen lese maiestatis semper excepto Et de quo Jmperiali priuillegio fit mentio in quodam Jnstrumento confirmationis factum per illum condam Jllustrem principem et consanguineum nostrum Bonifacium marchionem montisferrati recepto per Anthonium guiscardum condam Johannis Notarium et secretarium ipsius Marchionis sub anno millessimo quadringentessimo octuagessimo tercio Jndictione prima et die duodecima mensis marcij ac omnia et singula pariter in dicta confirmacione contenta et quam vollumus in presenti nostro edicto haberi et censeri pro Jnserta etiam de verbo ad verbum nostrorum et Jmperij sacri procerum et nobilium accedente consilio motu proprio et ex recta scientia confirmauimus Jnnouauimus approbauimus corroborauimus et de nouo concessi-

mus et de cesaree potestatis nostre plenitudine confirmamus Jnnouamus approbamus et corroboramus et de nouo concedimus/ Declarantes et decernentes predictum priuillegium et sic de nouo pariter concedentes locum etiam habere et sibi vendicare et se extendere pro delictis quibuscumque alibi quam in Albensium ciuitate et eiusdem territorio quomodocumque perpetratis et commissis de quibus declaramus et decernimus cognitionem et punitionem spectare et pertinere ipsi ordinario albensium et non ad quemuis alium Judicem ordinarium delegatum vel subdellegatum. Decernentes et hoc Jmperiali statuentes edicto quod illa omnia et singula in omnibus suis punctis clausuiis articulis verbis tenoribus continentiis et sententijs firma et valida sint habeantur et teneantur et obseruentur ipsique sindici ciues et comunitas albenses illis libere et absque omni Jmpedimento vti frui et gaudere possint et valeant Supplentes ex prefatis auctoritate et scientia nostra omnes et singulos deffectus tam Juris quam facti si qui in premissis vel aliquo premissorum Jnteruenissent/ Non obstantibus Juribus legibus consuetudinibus quibuscumque et alijs in contrarium facientibus De quibus sufficienter Jnformati ex eis auctoritate et scientia nostris illis derogamus et derogatum esse volumus et proJnde ac si de ipsis obstantibus fuisset facta Jndiuidua et specifica mentio. Nulli ergo omnino hominum Liceat hanc nostre confirmationis Jnnouationis approbationis corroborationis et concessionis paginam Jnfringere aut eo quouis ausu temerario contraire. Et si quis autem hoc attemptare presumpserit nostram et Jmperij sacri Jndignationem grauissimam ac penam centum marcarum auri puri se nouerit Jncursurum pro medietate fisco nostro pro reliqua Jniuriam passorum vsibus applicandam Harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum/ Datum in opido nostro Insbruck die septimo mensis Jullij anno domini millesimo quingentesimo vndecimo Regnorum nostrorum Romanorum vigessimo sexto vngharie vero vicessimo secundo

Ad mandatum. d[omini] Jmperatoris proprium

J Serutem subscripsi

R C Hofman

(S. T.) Ego thomas corteuezius ciuis albe publicus Jmperiali auctoritate notarius originale Suprascripti priuillegij vidi in carta pergamena debito modo sigillatum et legi et Jdeo hic me subscripsi cum appositione soliti signi mei tabellionalis Jn fidem et testimonium veritatis premissorum

(2) (S. T.) Et Ego Vbertinus Altauilla Ciuis Albe publicus Jmperiali auctoritate notarius originale suprascripti priuillegij vidi et legi sigillatum Cum Sigillo magno in capsula lignea Jmpendenti et Jdeo hic me subscripsi cum signo meo solito tabellionatus in fidem premissorum

(1) § Hec Sunt Jnstrumenta. Jllorum qui non debent. dare (2) fodrum usque ad certum terminum.

CCLIX. [25 gennaio 1214].

[*De habitaculo Gandulfi de ueneis*].

(3) Anni domini MCCXIIII. Jndictione. II. quod fuit. VII exeunte. Januario Jn presencia domini pellegrini iudicis comunis albe tempore domini Girardini de infante albensium potestatis. Gandulfus de ueneis constituit se ciuem et habitatorem albe et promisit ei et iurauit facere habitaculum albe in perpetuum cum eius familia et inde obligauit ei omnia sua bona. eapropter. dictus pellerinus nomine comunis albe absoluit eum Gandulfum a fodro comunis albe secundum tenorem capituli usque ad. XX. Annos ita quod non teneatur comuni albe usque ad eum terminum dare fodrum. Actum in alba. supra voltas vbi fuerunt rogati testes Caretus. peiterius. Girardus de alaria. Galinus. Et [*ego*] Vilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus ScripSJ.

CCLX. [3 o 6 ottobre 1215] (1).

[*De habitaculo Andree galopi de sauiliano*].

§ Anni domini. M.CCXV. die Martis. V. nonas. Octubris. Jndiccione tercia. Jn porticu censold[*orum*]. albe presente anselmo de braida. et vilielmo crespo. constitutis a domino vilielmo burro albensium potestate receptoribus ciuium habitancium loci noui quem albenses ultra suum pontem faciebant. Andrea Galopus de sauiliano eis recipientibus ex parte comunis se constituit ciuem et habitatorem ciuitatis albe per se et suos heredes in perpetuo vnde ipse andrea eisdem Anselmo et vilielmo ex parte et nomime comunis albe promisit et iurauit ad sancta dei euangelia facere stallum et habitare in ciuitate alba uel in l[o]co nouo de ultra ponte[*m*] albe secundum voluntatem et para-

---

(1) F. 246 *r. Qui comincia una nuova mano.* (2) *L'a di* dare *è in sopralinea; l'e sembra un dittongo* æ (3) *Nel margine sinistro sono le lettere* R. l. *Forse queste iniziali alludono al quartiere d'Alba in cui fu iscritto il nuovo abitante, nel qual caso significherebbero* Registrum laurencii, *cioè del quartiere di San Lorenzo.*

(1) *Nel 1215 le none di ottobre furono di mercoledì: quindi il* « V nonas octubris » *non potè essere di martedì, ma bensì di sabato. È dunque errato il giorno del mese o quello della settimana. Forse il* « V » *va mutato in* « II ». *Accanto a questo doc., nel margine sinistro, stanno scritte le lettere* R. M., *che forse signficano* Registrum Martini. *Cfr. la nota* (3) *del doc. precedente.*

bolam potestatis uel consulum pro tempore existencium uel eorum nunciorum. et exinde sua bona omnia obligauit Eapropter. ex parte potestatis et comunis albe dictus anselmus et vilielmus remiserunt andree Galopo fodrum usque ad. xx. annos completos. et ei dare promiserunt ex parte comunis. stallum vnum seu sedimen unum in loco nouo si uoluerit accipere et ei remiserunt omnes alias exacciones comunis tanquam aliis ciuibus albam habitantibus Jnterfuerunt testes rogati. leo subaldus *(sic)*. opicio Marescotus. henricus de castello. Ottonicedominus. vilielmus bucardus. Ego Anselmus clocha imperialis notarius rogatus tradidi et ScripSJ.

CCLXI. [25 aprile 1215].

[*De habitaculo albrici guerci de lecco*].

(1) § Anno dominice incarnacionis. Millesimo ducenteximo quinto decimo. die sabati septimo die ante kalendas Madii. Jndicione tercia presentibus ser pelegrino affricano et Johanne de burgoMaro et alberto de treçio testibus Jn eorum presencia et Mei Jnfrascripti beltrami atque domini guidonis militis domini Guilielmi burri albensium potestatis. Venit albricus guercius olim habitator de lecco *(sic)* et se exinde habitatorem albe cum familia et rebus constituit. promitendo sub ypotecha. suarum rerum omnium cum iuramento illi domino guidoni Militi potestatis recipienti ad partem comunis albe quod exinde albam cum familia et rebus abitabit et habitator erit et faciet honorem et agumentum albe pro posse. vnde dictus Miles ex eius officio uice potestatis nomine comunis albe eum ab omnibus fodris comunis exceptis (ab) ipsis *(sic)* inperatoris dehinc ad annos. xx. proximos expletos absoluit et ei dehinc ad illud *(sic)* terminum penitus remisit. Actum albe in domo fulçe cerrati ubi stabat potestas. Ego beltramus de feria iudex ac domini quarti otonis imperatoris missus tradidi et scripsi.

CCCLXII. [20 settembre 1213].

[*De habitaculo filiorum Johannis ferrarii de caaglano*].

(1) § Anni domini. M.CC.XIII. Jndictione prima. XI. exeunte septembri. Jn presencia domini Girardini de infante albensium potestatis henricus et petrus filii Johannis ferrarii de caaglano constituerunt se ciues

---

(1) *Nel margine destro è scritto* R. Jo., *che forse significa* Registrum Johannis

(1) *Cfr. la nota* (1) *del doc. precedente.* (2) F. 246 *v.*

et habitatores albe et promiserunt et iurauerunt in perpetuum in alba habitare et habitaculum facere cum eorum familia. et inde inpossuerunt ei Girardo nomine comunis omnia eorum bona: Eapropter dictus dominus Girardus absoluit eos a fodro comunis et ciuitatis (2) albe usque ad xx. annos Jta quod non teneantur ei fodrum dare comuni usque ad terminum. Actum in alba supra voltas sancti Laurencii vbi fuerunt Rogati Testes Bastardus de reuella (*sic*). Aicardus tealdus. Mainfredus eius filius. Et ego vilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus ScripSJ.

CCLXIII. [3 o 5 aprile 1215] (1).

[*De habitaculo Nicolai magistri*].

(1) § Anno dominice incarnacionis. Millesimo ducentesimo quintodecimo. die Mercurii. quartodecimo die yanuary (2). Jndictione tercia. presentibus ser petro de niuilia. et Girardo grosso. et paçoto de Morocio. testibus et coram domino oprando braccho assessore domini vilielmi burri venit carbonus de uerduno et iurauit Ad sancta dei euangelia se exinde cum familia et rebus in ciuitate albe abitaturum promitendo dicto assessori et dando Guadiam et eius bona pign[*o*]ri obligando recipienti ad partem comunis quod exinde in suprascripta ciuitate (exinde) ut superius dictum [*est*] habitabit et habi[*ta*]tor vnde dictus assesor ex parte potestatis et comunis eum ab omnibus fodris exceptis (a) fodri(bu)s imperatoris dehinc ad annos uiginti absoluit prout in capitulo continetur. Actum albe. Et ego beltramus de feria iudex ac domini quarti octonis imperatoris Missus tradidi et scripSJ.

CCCCVIII. [30 dicembre 1214 (1)].

[*De habitaculo Alberti filii Manesei de treçio*].

(2) § Anni domini M.CCXIIII. Jndictione. II. quod fuit II. exeunte decembris. Jn presencia domini Girardini de infante albensium potestatis (Albensium). Albertus filius Manesei de treçio constituit se ciuem et habitatorem albe et promisit et iurauit habitare in Alba in perpetuum cum eius familia et inde obligauit et inpossuit omnia sua bona ei nomine comunis. Eapropter dictus dominus Girardus de infante nomine comunis albe et Secundum tenorem capituli absoluit ipsum albertum a fodro comunis et ciuitatis albe usque ad. XX. annos Jta

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLXI. (2) R : yay

(1) *Ma forse 1213 stile attuale, cominciandosi allora l'anno a Natale.*

(2) F. 252 *v. Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLXI.

quod usque ad dictum terminum non teneatur soluere fodrum comuni albe. Actum in alba in domo vilielmi grasi et fratris vbi fuerunt rogati Testes petrus rinalius Benamatus. oto bonuspetrus. Galinus et ego vilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus ScripSJ.

CCCIX. [31 gennaio 1219].

[*De habitaculo Aicardi baldi de la uecia*].

(1) § Jn nomine domini Anno a natiuitate domini Milleximo. ducenteximo decimonono die Jouis ultimo die yanuarii Jndictione septima. Coram domino carleuario de oçano potestate albe. Aicardus baldus de la uecia constituit se ciuem et habitatorem ciuitatis albe et promisit et securitatem fecit et ad sancta dei euangelia [*iurauit*] facere habitaculum albe in perpetuum cum tota eius familia et cum omni suo Mobili et si ita non attenderet obligauit eidem domino carl[euario] potestati nomine comunis albe omnia sua bona pignori Et propterea dictus dominus carl[euarius] potestas nomine et uice comunis absoluit dictum aicardum a fodro ciuitatis albe. a presenti die usque ad decem annos completos excepto [*a*] fodris imperatoris. Actum in alba supra voltas presentibus domino otone (2) fante et rubaldo de piobexe et opiçone de uexemmo. Ego vilielmus de sexto qui et abbas dicor sacri palacii notarius tradidi et scripSJ.

CCCX. [4 gennaio 1214].

[*De habitàculo Aicardi tarditi de fraueis*].

(1) § Anni domini Millesimo ducentesimo. XIIII. Jndictione. II. quod fuit. IIII. Jntrante Januario Jn presencia domini Girardini de infante Albensium potestatis. Aicardus tarditus de fraueis constituit se ciuem et habitatorem albe et promisit ei nomine comunis albe et iurauit stare et habitare in alba cum eius familia et inde obligauit ei nomine comunis et impossuit omnia sua bona Eapropter dictus dominus Girardus de infante albensium potestas uice et nomine comunis albe et secundum tenorem capituli absoluit dictum aicardum A fodro ciuitatis et comunis albe usque ad. XX. annos ita quod non teneatur dare fodrum comuni albe usque ad eum terminum. Actum in alba supra voltas sancti laurencii vbi fuerunt Rogati Testes. henricus capellus Georgius. Gaforius. Gairerdinus. et ego Guilielmus bonanatus notarius Jnterfui et Rogatus ScripSJ

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCLIX. (2) *Segue espunto*: de

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCLXV.

CCCCXI. [23 ottobre 1216].

[*De habitaculo Robaldi de ferario de ast*].

(1) § Anno dominice Jncarnacionis. Milleximo ducenteximo. sextodecimo die dominico. VIIII. die exeuntis octubris. Jndictione quinta. Coram domino Galuagnio grassello potestate albe Robaldus de ferario de ast constituit se ciuem et habitatorem albe qui promisit obligando omnia sua bona pignori et iurauit eidem domino Galuagnio recipienti nomine et ad partem comunis albe quod perpetuo stabit et habitabit in alba cum suo Mobili et familia et si ita non obseruaret comune albe possit et debeat omnia sua bona vendicare vendere et alienare sine alicuius contradicione. quare predictus dominus Galuagnus nomine et uice comunis albe fecit ei remissionem fodri hinc ad. XX. annos expletos preter de fodro et expensis imperatoris. Actum in alba Jnterfuerunt Testes rogati Anricus Grasus Astexanus caldererius. Rofinus lomellus. Arnulfus ScriBa. Ego Martinus qui dicor allamanus notarius sacri palacii Jnterfui et rogatus. scripSJ.

CCCCXII. [31 gennaio 1219].

[*De habitaculo petri Gatti de alexandria*].

(1) § Anno A natiuitate domini Millesimo ducentesimo decimonono die iouis ultimo die yanuarii Jndictione septima Coram domino carleuario de oçeno potestate albe petrus Gattus de alexandria constituit se ciuem et habitatorem ciuitatis albe. qui petrus proMisit eidem domino potestati. et iurauit ad sancta dei euangelia facere habitaculum albe in perpetuum cum tota sua familia et cum omni suo Mobili et si ita non atenderet obligauit eidem domino carl[euario] potestati nomine comunis albe omnia sua bona pignori Et propterea dictus dominus carl[euarius] potestas nomine et uice comunis (2) albe absoluit (3) dictum aicardum (*sic*). A fodro comunis albe a presenti die usque ad decem annos completos excepto fodro imperatoris. Actum in alba supra uoltas. sancti laurencii presentibus domino octone fante et rubaldo de piobexe et opiçone de ueximo.

Ego gulielmus de sexto qui et abbas dicor notarius sacri pallacii rogatus tradidi et scripSJ.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLX.

(1) F. 253 *r. Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLXI. (2) et uice *è dopo* comunis, *con richiamo a* nomine (3) R: absoluit absolū

CCCCXIII. [9 giugno 1215].

[*De habitaculo henrici ludrii*].

(1) § Anno domini(ce) Milleximo ducenteximo quintodecimo die Martis. nono die iunii. Jndictione tercia presentibus ser pelegrino africanno (*sic*) et carleto de plobice. et Guercio de boiardo. et anrico filio oberti natarelli testibus. Coram domino oprando braccho assessore domini Guilelmi burri potestatis albe venit henricus ludrius et exinde se ciuem albe constituit promittendo et iurando illi assessori uice comunis recipienti et dando Guadiam et eius omnia bona pignori obligando quod exinde cum familia et rebus suis bona fide albam habitabit et albe ciuis et habitator cum familia et rebus eius erit faciendo honorem et agumentum comunis pro eius posse vnde dictus assessor uice potestatis et nomine comunis ei omne fodrum excepto fodro imperatoris dehinc ad annos uiginti. expletos remisit et ab eo (penitus) nomine comunis et uice potestatis. eum penitus absoluit. Actum albe. Ego beltramus de feria iudex. ac domini quarti otonis imperatoris Misus tradidi et scripSJ

CCCCXIV. [22 o 23 gennaio 1215] (1).

[*De habitaculo petri de priu(n)cha*].

(2) § Anno domini Milleximo ducenteximo quintodeciMo die Jouis decimo ante kalendas februarii Jndictione tercia presentibus petro pictore et Johanne bono de albairate et Rofino (3) de sancto Martino et ogerio censoldi. et Guitdoto (*sic*) cagarana testibus et coram domino oprando (4) braccho assessore domini Guilielmi potestatis albe venit petrus de priu(n)cha qui fuit de uilla vetere et se exinde habitatorem albe constituit iurando ad sancta dei euangelia et eciam dando Guadiam et eius omnia sua bona pignori obligando dicto assessori recipienti. Ad partem comunis quod exinde omni tempore habitabit in ciuitate(m) albe et quod illius ciuitatis (5) omni tempore exinde habi[*ta*]tor erit vnde predictus assessor ex parte potestatis et comunis eum ab omnibus fodris. exceptis (a) fodris imperatoris. dehinc ad annos. xx. taliter prout in capitulo continetur absoluit actum in ciuitate albe.

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLXI.

(1) *Il* « x ante Kal. februarii » *1215 era di venerdì, non di giovedì, computando il giorno delle calende. Forse il notaio non computò questo giorno.*

(2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLIX. (3) R : Rofin' (4) R : oprando oprando

(5) R : ciuis

Ego beltramus de feria iudex ac domini quarti otonis imperatoris Misus tradidi et scripSJ. .

CCCCXV. 4 luglio 1215.

[*De habitaculo Anrici ponçeti*].

(1) § Anno domini(ce) Milleximo. ducentexiMo quintodecimo die sabati. quarto die iulli Jndictione tercia. presentibus rogerio cairoso et raferio et ansaldo Galina et Guilielmo bracco testibus Coram domino Guilielmo burro potestate albensium. venit Anricus ponçetus olim habitator de meana *(sic)* et se exinde habitatorem cum familia et rebus Murre uel ciuitatis albe constituit promitendo et Guadiam dando et eius omnia bona pignori obligando cum iuramento suprascripto potestati recipienti ad partem comunis albe et Murre quod. (2) exinde Murram siue albam cum familia et rebus habitabit et habitator erit et quod agumentum albe et Murre. pro posse faciet vnde dictus dominus Guilielmus potestas ex parte et uice comunis eum anricum ab omnibus fodris ciuitatis albe et Murre exceptis (a) fodris imperatoris dehinc ad annos viginti expletos penitus absoluit et liberauit hoc tamen actum fuit saluis omnibus pactionibus factis inter dominos de Manciano et comune albe. Actum in alba. Ego beltramus de feria iudex ac domini quarti otonis imperatoris missus tradidi et scripSJ.

CCCCXVI. [30 dicembre 1220] (1).

[*De remissione fodri Johannis de segusia et Galopi et aliorum*].

§ Anni domini M.CCXX. Jndictione. IIII. quod fuit. II. exeunte decembri. venientes. Johannes de secusia et Galopus eorum nomine et nomine aliorum hominum de alba qui habebant. Jnstrumenta de remisione fodri Coram domino oberto st[*r*]icto albensium potestate dicentes quod ipsi et allii qui habebant instrumenta predicta non debebant soluere aliquid de fodro quod colligebatur per ciuitatem de. M. libris cum ipsuM fodrum non colligeretur per imperatorem. vnde cum ipse obertus albensium potestas cognouisset quod dicti homines qui habebant instrumenta de remissione fodri. de ipso fodro aliquid soluere non debebant et quod illud fodrum (2) non colligebatur pro imperatore absoluit ipsos Johannem et Galopum eorum nomine et nomine aliorum

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLXIII. (2) F. 253 *v.*

(1) *Ma forse 1219, stile attuale, incominciando allora l'anno a Natale.*

(2) R: fodrū *è corretto su* fodra

qui habebant instrumenta predicta quod non debebant aliquod soluere de ipso fodro et si soluissent eis reddatur Actum supra voltas sancti laurencii vbi fuerunt Testes Rodulfus costa[*n*]cius Robaldus de plobice. Obertus vercius. stefanus de rustia. Et ego Guilelmus bonanatus notarius in[*ter*]fui et Rogatus scripSJ.

CCCCXVII. [20 ottobre 1211].

[*De habitaculo astexani de sica de ast*].

(1) § Anni domini. M.CCXI. Jndictione XIIII. quod fuit. XII. exeunte Octubris. Jn presencia Otonis lurdi et Oberti uercii. albensium consulum astexanus de sica de ast constituit se ciuem et habitatorem albe et promisit et iurauit eis consulibus nomine comunis facere habitaculum albe in perpetuum cum eius familia et inde imposuit eis et obligauit uice et nomine comunis albe omnia sua bona. Eapropter dictus oto et obertus uice et nomine comunis albe et autoritate consulatus absoluerunt dictum astexanum a fodro comunis albe a presenti die usque ad decem. annos Jta quod ipse astexanus non teneatur nec cogatur dare fodrum comuni albe usque ad dictum terminum et eum astexanum defendere promiserunt [*eorum nomine*] et comunis albe [*de*] fodro usque ad. X. annos (nomine comunis albe) actum in alba supra uoltas sancti laurencii. vbi fuerunt Rogati Testes. Obertus palius. Musus de riaçolio. Vilielmus de braida. Vilielmus felonus. Et ego vilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus ScripSJ.

CCCCXVIII. [24 o 25 gennaio 1211] (1).

[*De habitaculo vilielmi de valfenaria*].

(2) § Anno domini. M.CCXI. Jndictione. XIIII. die lune. VII. exeunte Januario Jn presencia consulum albensium Anselmi de braida. Oberti vercii. et anselmi cerrati. vilielmus de valfenaria constituit se ciuem albe et promisit et iurauit dictis consulibus vice et nomine comunis albe quod perpetuo faciet habitaculum Albe cum vniuersa eius familia et si non atenderet obligauit inde dictis consulibus uice et nomine comunis Albe omnia sua bona quapropter. dicti consules. uice et nomine comunis albe et autoritate consulatus condonauerunt et remiserunt

---

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLIX.

(1) *Il* « VII exeunte Januario » *1211 era di martedì, non di lunedì. È dunque errato il giorno del mese o quello della settimana.* (2) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLXI.

dicto vilielmo fodrum a presenti die usque ad. x. annos. Actum est hoc albe Jn ecclesia beati Laurencii Interfuerunt Testes Rogati. Bonus petrus de braida. Goffus basterius. vilielmus prignacius. Et ego Alexander palatinus notarius. Rogatus tradidi et scripSJ.

CCCCXIX. [22 maggio 1210].

[*De habitaculo Vilielmi de rouore de castello ainaudo*].

(1) § Anno domini. M.CCX. Jndictione. XIII. die sabbati. decimo exeunte Madio. Vilielmus de rouore de castello ainaudo constituit se ciuem Albe [*et*] iurauit perpetuo facere habitaculum Albe cum tota sua familia et inde nomine pignoris obligauit domino Oberto Marescoto iudici et consuli (2) albensium uice et nomine comunis albe omnia sua bona. tali Modo quod si dictus vilielmus predicta non atenderet quod incurere[*t*] penam. LX. solidorum pro qua pena Johannes çocha obligauit dicto domino Oberto nomine comunis albe omnia sua bona. Quapropter dictus dominus obertus uice et nomine comunis albe condonauit et remisit fodrum a presenti die usque ad. x. annos Actum est hoc Albe in ecclesia beati laurencii. interfuerunt Testes Rogati Amedeus foacia. Anselmus de çaca[*ra*]. petrus de rodo. Et ego Alexander palatinus notarius Rogatus tradidi et ScripSJ.

CCCCXX. [25 agosto 1213].

[*De habitaculo Gulielmi Seacerii de romanisio*].

(1) § Anni domini M.CCXIII. Jndictione prima quod fuit. VII. exeunte Augusti. Guilielmus Seacerius de romanisio constituit se ciuem et habitatorem albe et promisit et iurauit in perpetuum domino Girardino de infante Albensium potestati nomine comunis albe in alba cum eius familia habitare et inde inpossuit omnia sua bona et obligauit comuni albe Eapropter ipse dominus Girardinus de infante potestas albe nomine comunis absoluit eum A fodro comunis albe usque Ad. XX. annos. secundum tenorem capituli nisi pro fodro et expensis Jnperatoris. Actum in alba supra uoltas vbi. fuerunt rogati Testes petrus rinalius. enricus preco. Ogerius de Morocio. Jacobus capra. Et ego Guilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus (et) scripSJ.

---

(1) F. 254 *r. Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLIX. (2) R : iudice et consule

(1) *Cfr. nota* (1) *doc.* CCCLIX.

CCCCXXI. [8 maggio 1218].

[De habitaculo Johannis Sabbaine et Jacobi eius fratris de summaripa].

§ Anno dominice. natiuitatis. Millesimo. ducentesimo. decimoOctauo. die Martis. VIII. die Madii. Jndictione Sexta Coram domino Rogerio de sedriano (*sic*) iudice et assessore domini Guilielmi burri potestatis albe. Johannes Sabbaina et Jacobus eius frater de loco summaripa constituerunt se ciues albe qui promiserunt eidem domino Rogerio stipulanti nomine et uice comunis quod perpetuo stabunt et habitabunt in alba cum suo Mobili et familia et quod facient omnia ea que alii ciues albe fecerint preter fodrum quod non debent soluere. hinc ad decem annos et de quo fodro predictus dominus Rogerius nomine et vice comunis fecit eis remissionem hinc ad decem annos preter de fodro et expensis imperatoris et si Jta ut supra dictum est non atenderent et obseruarent comune Albe possit et debeat omnia sua bona vbique capere et intromitere et ipsi comuni publicata sint Jbidem prenominati Johannes et Jacobus iurauerunt omnia predicta perpetuo firmiter atendere et obseruare. Actum in alba. Jnterfuerunt Testes. Ogerius de Morocio. Anselmus rolandus. pagan(n)us burrus.

Ego Martinus qui dicor Allamannus notarius. palatinus Jnterfui et Rogatus ScripSJ.

(1) hec sunt Jllorum de pollencio de remisione fodri qui sunt ciues albe constituti.

CCCCXXII. [25 febbraio 1217].

[*De habitaculo Jacobi inferni de pollencio*].

Anno domini Millesimo. cc.°XVII. Jnditione. v. v. kalendas. Martii. die sabati Jn presencia domini hvgonis de careto potestatis albe Jacobus Jnfernus de pollencio constituit se habitatorem albe et promisit et iurauit facere abitaculum albe Jn perpetuum Jta quod usque ad sanctum Martinum Jn ciuitate albe cum tota sua Gente et familia et Mobili venerit abitare et inde predicto domino. hv[goni]. nomine comunis albe omnia sua bona pignori obligauit eapropter dominus hv[go] a fodro comunis ciuitatis albe et ab omnibus falcionibus predictum Jacobum ausoluit (*sic*) penitus et dimisit secundum tenorem et formam capituli usque ad. x. annos Jta quod non teneatur fodrum in aliquibus

(1) F. 254 *v.* (2) *Segue cancellato*: termino

expensis ciuitatis dare usque ad terminum supradictum nisi pro expensis et fodro Jmperatoris la[*p*]so vero (2) spacio. x. annorum predictus Jacobus fodrum et in falcionibus omnibus ciuitatis soluat sicut aliquis ciuis albe. Actum fuit hoc Jn alba Jn castro episcopi. Jbi fuerunt Testes rogati Robaldus gunraddengus (*sic*) Anselmus de Montetrexino. Romanus castagnus. Mainerdus cunimundus. Et ego Oto notarius Jnterfui et Rogatus hanc cartam scripSJ.

CCCCXXIII. [20 settembre 1217].

[*De habitaculo petri deani de pollencio*].

§ Anni domini. M.CCXVII. Jndictione. v. quod fuit. XI. exeunte septembris. Jn presencia domini nicolai de bubio loco domini vgonis de carreto albensium potestatis et henrici de cario eius vicarii. petrus deanus de pollencio constituit se ciuem albe et promisit et iurauit habitare in alba cum eius familia et inde obligauit et inpossuit eis omnia bona sua Eapropter ipsi nicolaus et henricus nomine comunis albe et secundum tenorem capituli absoluerunt ipsum petrum a fodro comunis et ciuitatis albe usque ad decem annos Saluo eo quod soluat Jn fodro et expensis Jmperatoris Actum Jn (1) alba in castro episcopi (2) vbi. fuerunt Rogati Testes. Crosetus. Johannes Marcius. pollera. Jacobus Jnfernus. Et ego Guilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus. ScripSJ.

CCCCXXIV. [13 maggio 1217].

[*De habitaculo Johannis Marcii de pollencio*].

§ Anni domini. Millesimo. cc°.XVII. Jndicione. v. quod fuit die sabati. XIII. Jntrante Madio in presencia bonorum Testium JnfraScriptorum Johannes Marcius de pollencio constituit se ciuem et habitatorem Albe et promisit et iurauit domino hvgoni de carreto albensium potestati vice et nomine comunis albe facere abitaculum albe in perpetuum cum suo Mobili et familia quandocumque ei preceptum fuerit A predicto domino hvgone uel ab alia potestate se[*u*] consulibus pro tempore existentibus et in ea predicta ciuitate habitare et pro hiis omnibus attendendis complendis et obseruandis obligauit et imposuit omnia sua bona predicto domino hvgoni potestati uice et nomine comunis albe Eapropter ipse dominus vgo. vice et nomine comunis. albe et secundum tenorem capituli Jpsum predictum Johannem

(1) *Segue espunto*: fu (2) R: epi'

arcium absoluit a fodro comunis et ciuitatis albe a presenti die usque ad. x. annos proximos venientes conpletos Jta quod non teneatur dare fodrum comuni albe usque ad dictum terminum nisi pro fodro et expensis inperatoris. Actum fuit hoc albe Jn castro episcopi et huius rei Rogati fuerunt Testes. dominus vbertus comes de brandato. *(sic)* Ogerius. c[*en*]sol[dus]. Sismundus cerratus. et Mainerdus.

Et ego Jacobus sacri palacii notarius (et) hiis Jnterfui et Rogatus. hanc cartam ScripSJ.

CCCCXXV. [25 settembre 1217].

[*De habitaculo Jacobi et cuniberti filiorum quondam Guillelmi gauaii de pollencio*].

§ Anni domini. M.CCXVII. Jndictione. V. quod fuit. VI. exeunte septembris Jn presencia domini nicolai de bubio. loco existentis domini vgonis de carreto albensium potestatis. Jacobus et cunibertus filii quondam Guillelmi gauaii. de pollencio constituerunt se ciues et habitatores albe et promiserunt et iurauerunt in alba habitare in (1) perpetuum cum eius familia et inde omnia eorum bona inpossuerunt. Eapropter ipse nicolaus nomine comunis albe et secundum tenorem capituli absoluit ipsos a fodro comunis albe usque ad. x. annos Jta quod non teneantur dare fodrum comuni albe usque ad ipsum terminum. Actum in alba supra uoltas vbi fuerunt Testes rogati Bonifacius iudex. Bonuspetrus de braida. Oger[*ius*] foacia. Et ego Guillelmus bonanatus notarius interfui et Rogatus scripSJ.

CCCCXXVI. [27 maggio 1211].

[*De habitaculo feracan(n)i de pollencia*].

§ Anni domini. M.CCXI. Jndictione. XIIII. quod fuit. V. exeunte Madio. Jn presencia Anselmi cerrati albensium consulis. feracan(n)us de pollencia (*sic*) constituit se ciuem et habitatorem albe et promisit et iurauit ei anselmo nomine comunis albe facere habitaculum albe in perpetuum cum sua familia et inde ei obligauit omnia sua bona nomine comunis. Eapropter dictus anselmus uice et nomine comunis albe absoluit dictum ferracanum a fodro ciuitatis albe usque ad. x. annos Jta quod dictus ferracanus non teneatur nec cogatur dare fodrum comuni albe usque ad eum terminum Actum in alba vbi. fuerunt Rogati Testes. Anselmus bonuspetrus. Obertus ferramenta. Anselmus Georcii.

(1) F. 255 *r*.

petrus de neueis. Et ego vilielmus bonanatus notarius interfui et Rogatus scripSJ.

CCCCXXVII. [15 giugno 1215].

[*De habitaculo Romani castagni*].

§ Anno domini(ce) Millesimo ducentesimo quintodecimo die lune quintodecimo die iunii. Jndictione. tercia presentibus Rogerio cairoso et bonifacio iudice et nicorato iudice et andrea de çacara testibus coram domino oprando bracco Assessore domini guilielmi burri Albe potestatis. Venit Romanus castagnus olim habitator de pollençio. et se exinde cum familia et rebus suis habitatorem albe (se) constituit. Promitendo dicto assessori recipienti ad partem comunis albe et guadiam dando et ei omnia bona pignori obligando cum iuraMento. quod exinde albam cum familia et rebus suis habitabit. et habitator erit. et bona fide honorem et agumentum dicte ciuitatis faciet. Vnde dictus assessor ex parte potestatis et nomine comunis ei fodrum dehinc ad annos. xx. expletos excepto fodro imperatorum penitus remisit. et ab omni fodro exceptis illis imperatorum eum nomine comunis absoluit. Actum Albe. Ego beltramus de feria iudex ac domini quarti ottonis imperatoris missus tradidi et ScripSJ .·,

CCCCXXVIII. [24 aprile 1213].

[*De habitaculo Jacobi uasci de pollencio*].

§ Anni domini. M.CCXIII. Jndictione. prima. Cum Martinus comunis albe tempore domini Girardini de infante albensium potestatis scriba deberet facere instrumenta et antequam fecisset ea nature concessisset. Jdeo dominus Girardus de infante albensium potestas in pleno conscilio per canpanam congregato et uoluntate consciliariorum. Mihi Guillelmo bonanato precepit ut bona fide secundum quod erant abreuiata conponerem. Vnde unum ex eis inueni quod sic incipit. Anno domini. M.CCXIII. Jndictione I. VII. exeunte aprilio (*sic*). Testes Guillelmus ceratus. Bonifacius rinalius. Guillelmus ochetus. Quod Jacobus uascus de pollencio constituit se ciuem Albe et promisit et iurauit in alba stare et habitare cum suo Mobili et familia in perpetuum. vnde obligauit domino alberto de paçato (*sic*) iudici comunis albe tempore Girardi de infante albensium potestatis nomine comunis omnia sua bona iure pignoris et se nomine comunis fuit confessus tenere et possidere. Eapropter dictus albertus nomine et uice comunis Albe remisit (1) ei fodrum ciuitatis albe usque ad. xx. annos et inde eum

Absoluit ita quod non teneatur dare comuni albe fodrum usque ad eum terminum. Ego autem Willelmus bonanatus notarius hoc Jnstru-Mentum bona fide ScripSJ .·.

CCCCXXIX. [13 maggio 1217].

[*De habitaculo Andree de Maxima de pollencio*].

(1) § Anno domini. M.CCXVII. Jndicione. v. die sabati. XIII. Jntrante Madio. Jn presencia domini hugonis de carreto Albensium potestatis Andreas de Maxima de pollencio se constituit ciuem et habitatorem Albe in perpetuum et promisit et iurauit facere habitaculum Albe et venire cum tota sua familia et Mobili(a) in alba habitare quandocumque ei preceptum fuerit a predicto domino hugone uel a potestate uel consulibus pro tempore existentibus et pro his omnibus obseruandis et attendendis dictus Andreas obligauit eidem domino hugoni vice et nomine comunis albe omnia bona sua. Eapropter ipse dominus hvgo uice et nomine comunis albe remisit ei Andree fodrum ciuitatis usque ad x. annos excepto fodrum et expensas Jmperatoris. lapso vero spacio x. annorum. ipse Andreas soluat fodrum et expensas sicuti alii ciues. Actum in alba in castro episcopi. vbi fuerunt Rogati (2) Testes. Comes vbertus de blandrato. Ogerius censol[*dus*]. Sismundus ceratus.

Ego Jacobus sacri palacii notarius. his Jnterfui et Rogatus hanc cartam ScripSJ.

CCCCXXX. [15 luglio 1224].

[*Da citaynatico Henrici marchionis de sagona et Gratapalee eius generi*].

(S. T.) Anno domini Milleximo. Ducenteximo. Viceximoquarto. Jndiccione. XII^a^. quod fuit die lune. xv. intrante iullio. Jn pleno conscilio per canpanam congregato. DominuS Henricus marchio de sagona et Gratapalea eius gener constituerunt sese ciues albe Jn presencia domini pagani de petra sancta albensium potestatis recipientis uice et nomine comunis albe et voluntate omnium consiliatorum qui erant in eodem conscilio ipsos in ciues albe et promisserunt predicti henricus et gratapalea quod unus eorum aut Jacobus filius domini henrici uel manoellus donec dictus Jacobus fuerit de etate. xv. annorum sine. expensis comunis albe habitabit in ciuitate albe tempore guerre

---

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.*

(1) F. 255 *v.* (2) R: Rocati

quo comune albe se comuniter incauallaret et tanto tempore quanto videretur potestati uel consulibus albe pro tempore existentibus et omnibus consciliariiS uel maiori parti. Hoc addito quod ipsi dominus Henricus et gratapalea et filius domini Henrici Jacobus cum in alba fuerint teneantur venire ad conscilium cum per campanam fuerit congregatum uel per nuncium comunis fuerint requisiti et dare conscilium bona fide secundum quod alii. consciliarii. ciuitatis albe tenentur exhibere. Jtem predictus dominus paganus nomine comunis albe promisit quod faciet poni in capitulo comunis albe supra quod iurabit potestas uel consules albe pro tempore existentes tali forma quod non possit remoueri conscilio uel alio modo quod potestas uel consules teneantur conuenciones inter predictos dominum Henricum et Gratapaleam ex una parte et comune albe ex altera tempore predicti domini pagani de petra sancta a duobus mensi[*bu*]s citra factas inuiolabiliter obseruare nec ullum possit fieri contra capitulum et si factum fuerit cassum habeatur et quod faciet iurare emendatoribus ut ponant predictum capitulum in capitulo et quod aliud contra non facient. Jtem promisserunt dicti dominus henricus et gratapalea predicto domino pagano uice et nomine comunis albe dare pro fodro et aliis pariis ciuitatis albe. Sex. libras. astenses. tantum et non plus pro. M. libris. aut pro MD. libris si eas habuerit a comuni et tantum plus pro rata. VI. librarum. ad racionem. M. librarum quantum adquisierint ultra. MD. libras predictas in alba aut in iurisdictione et hoc annuatim eo tempore quo colligeretur fodrum uni(l)uersaliter per ciuitatem albe. Jtem teneantur potestas uel consules albe pro tempore existentes et comune albe predictis domino Henrico et Gratapalee tamquam alii ciui habitanti in albe ciuitate continue et eorum heredibus Eo tamen saluo quod dominus Henricus aut gratapalea et eorum heredes non tenea[*n*]tur facere racionem coram potestate uel consulibus albe pro tempore existentibus aut alia aliqua facere iure citainatici quantum ad expensas et Misiones ciuitatis albe preter ea que dicta sunt. Eo saluo quod de possessionibus et fructibus quas ipsi dominus henricus et Gratapalea haberent uel adquirerent in alba teneantur facere racionem coram potestate uel consulibus albe pro tempore existentibus. Jtem teneantur predicti Henricus et Gratapalea facere racionem coram ipsis. hominibus albe conquerentibus de hominibus ipsorum. Jtem quod ipsi dominus Henricus et Gratapalea non possint uel debeant aliqua subtilitate ingenii vendere obligare seu alienare uel in feudum dare alicui aliquo modo. possessiones quas in alba uel posse haberent uel adquirerent. ex. M. libris. uel ex MD. quas comune debet eis dare in terris et possessionibus. Et quod potestas uel consules pro tempore

existentes ipsas possessiones occasione alicuius debiti ipsorum domini henrici et Gratapalee uel alia de causa non possint uendere uel obligare alicui seu in solutum dare nec substinere quod aliquis aliquo modo ipsas possessiones habeat (2) Jtem promisserunt predicti henricus et Gratapalea quod ipsi nec Jacobus filius domini henrici aliquam iuram seu partem aliquam in ciuitate albe non facient nec capient. Jtem potestas albe uel consules pro tempore existentes non possint conpellere dominum Henricum nec filium suum nec gratapaleam nec eis inponere ut dent iuratores iure citainatici. Eo saluo quod si ipse dominus Henricus uel filius aut Gratapalea quod deus aduertat in aliquem ciuem facerent uel fieri facerent ferutam possint ipsos constringere sicuti alios ciues albe. Jbidem predictus dominus Henricus marchio et Gratapalea pro eis et eorum (3) parte fecerunt pacem finem et remisionem domino He[*n*]rico de petra sancta vicario domini pagani de petra sancta albensium potestatis recipienti uice et nomine comunis albe et eiusdem comunis quoadiuuatorum et nominatim illorum de monforti et illorum de ceua. Bergogni' de diano. domini Danexii prepositi serrelonge et omnium aliorum sequacium et quoadiuuatorum comunis albe de guerra et Guerris que usque nunc extiterunt inter comune albe ex una parte et dictum dominum henricum et Gratapaleam ex alia et de omnibus dampnis Gaustis (*sic*) et incendiis et ofensionibus et Malefactis datis et factis usque ad odiernum diem a predicto comuni et eius sequacibus et quoadiuuatoribus et nominatim a predictis occasione predicte guerre. Versa uice predictus Henricus uicarius ipsius domini pagani de petra sancta uice et nomine comunis albe et uoluntate omnium consciliatorum qui erant in eodem conscilio fecit similem finem pacem et remissionem predicto domino hen(4)rico marchioni et Gratapalee pro eis et eorum quoadiuuatoribus et sequacibus et specialiter pro domino Otone de carreto et eius filiis et pro illis de ualle tanagri et Arnulfo et filiis et nepotibus et pro Ogerio cunradengo et filius eius. et Alexandrio notario. et Guillelmo de uico et fratribus. et porceto saco et Mainfredo de rocheta et Guillelmo buxio. de Guerra et Guerris que usque nunc extiterunt inter ipsos ex una parte et Comune predictum de alba ex altera et de omnibus dampnis et Gaustis et incendiis ofensionibus et Malefactis datis et factis usque ad odiernum diem occasione predicte Guerre. Saluo tamen quod in predicta fine et remissione non ueniant debita et specieS que debentur uel debebantur et ditinentur (*sic*) ab hominibus domini Henrici uel ab aliis comorantibus in terra ipsius domini Henrici ciuibus Albe

---

(1) F. 256 *v*. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) R: et eorum et

nec debita que debentur uel debebantur uel detinentur hominibus domini henrici ab hominibus (2) albe set existant et permaneant in eodem statu in quo erant quando Guerra incepta fuit. Et Hec omnia ut supra leguntur predictus dominus paganus potestas albe uice et nomine comunis albe et voluntate consciliatorum ex una parte et dominus Henricus et Gratapalea promisserunt et Jurauerunt in omnibus et per omnia Attendere et obseruare perpetuo et non contrauenire et rata et firma habere omni tempore et illessa. Nomina Autem consciliatorum qui erant in eodem conscilio (5) et qui predicta omnia promisserunt et Jurauerunt attendere et obseruare et dare forciam et conscilium ut hec Attendantur sunt hec. Guillelmus recexius. Ogerius bulsauinus. Petrus feramenta. Jacobus cauça. Guillelmus de riuauta. piguolius grossus. Jacobus aleum. Jacobus de turre. Opicio maletus. Jacobus natarellus. Aicardus de uinculis. Anselmus de çacara Henricus de castro. Caçulus scriba. Obertus boccabruna. Ogerius de punceis. ObertuS baierdus (*sic*). Garellus. Guillelmus de poblice. Willelmus faletus. Henricus de niuileis. Otobonus de çoco. Obertus bauduinus. Obertus feramenta. Willelmus niellus. Rodulfus constancius. Obertus bellancius. Rufinus cunradengus. Barexius. Peleta. petrus de riaçolio. leo de sauiliano. Guillelmus de racunisio. Sismundus formaiarius. Guillermus salicus. Rubeus ratus. Odobonus de sauiliano. Mascarus de strata. Guillelmus cunstancius. Oddo de poblice. Obertus capra. Rollandus de moroço. Albertus cunradengus. Obertus marescotus. Anselmus de çachara. Wilielmus citatus. Jordanus occulus capre Obertus vercius. Actum in alba in ecclesia sancti laurencii. vbi fuerunt rogati testes. Jacobus de bagnasco. Robaudus de garexio (6). Obertus marescotus. Albexanus bauduinus. Gaudinellus. Taraxius. Willelmus prignacius. Opicio meletus. Magister merlus. Columbus et Johanetus saltarii.

Et EGO Guillelmus bonanatus his interfui et rogatus ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus voluntate et iussu domini Mafei de curte noua iudicis comunis a l b e (2) suprascriptum instrumentum ab autenptico sumpsi et in publicam formam redegi. ita quod non Addidi nec diminui preter forte punctum uel silabam quod mutet significacionem. (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(7) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

---

eorum (4) F. 257 *r.* (5) conscilio *è nel margine destro, con richiamo a* eodem (6) garrexio *è riscritto su raschiatura.* (7) F. 257 *v. Quanto segue è di altra mano.* (8) *Quanto segue è di una terza mano.*

(8) (S. T.) EGO Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita verum esse subscripSJ (nt) (nt) (nt)

CCCCXXXI. [2 luglio 1224].

[*De confessione Henrici marchionis de sagona de libris quinque milibus*].

(S. T.) Anni. domini. M.CC.XXIIII. Jndiccione. XII. quod fuit die martis. II. intrante Julio. Jn alba supra solare Girardi de ast presentibus testibus et rogatis. Bergundio pugno. Anselmo de çachara. fulcone cerato. Anselmo de vico. Tebaudo de çocho. Raimundo de quiglano. Alexandrio maleuote. Vgone sartore doliani. confessus fuit dominus Henricus marchio de sagona exceptioni non numerate pecunie renuncians se recepisse et habuisse a domino henrico de petra sancta gerente uice[*m*] domini pagani de petra sancta albensium potestatis recipiente uice et nomine comunis albe. quinque Milia. libras (*sic*) ex illo precio quod comune albe ei dare debebat ex vendictione nouelli et MontisfortiS et eorum pertinenciis. (*sic*) vnde dictus dominuS Henricus marchio absoluit dictum Henricum de petra sancta uice et nomine comunis albe et ipsum comune de predictis quinque Milia libris. promitens ipsi domino Henrico uice et nomine comuniS albe quod de cetero per se uel interpositam personam comune albe non inquietabit uel molestabit. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis interfui et Rogatus scripSJ.

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus. Auten[*ti*]cum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ .,

(1) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita verum esse SubScripsJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

CCCCXXXII. [27 agosto 1223] (1).

[*De petitione Gratapalee*].

(S. T.) Anno dominice Jncarnacionis millesimo ducentesimo vigesimo tercio Die sabbati. VI. ante kalendas septembris. Jndiccione. XI. Cum Gratapalea petiiset a domino leonardo vicecomite potestatis albe uice et nomine comunis albe et eum Amonuisset quatinus ipse potestas nomine dicti comunis eligeret seu leuaret sibi curiam dicens

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

ipsum comune sibi et domino Henrico de carreto teneri et dare debere in feudum illos dominos de monteforte (2) quos dictum comune receperat ad citainaticum albe prefatus dominus leonardus potestas respondens dixit se uice et nomine dicti comunis (3) paratum fore hinc a die dominico et diebus. xv. proxime futuris eligere seu leuare curiam ipsis gratapalee et henrico. et facere eis plenam racionem de omni eo quod ipsi Henricus et Gratapalea uel alter eorum sepedicto comuni postulare voluerint. Actum in ecclesia sancti siluestri. Vbi fuerunt rogati testes. Obertus natarellus. et fulcus ceratus. et obiço balduinus. et guilelmus de (4) racunixio et Albertus de marcenasco. et Mainfredus bossus.

(S. T.) Ego Jacobus cuminus notarius condam domini Otonis imperatoris et tunc publicus scriba comunis albe hiis interfui et rogatus scripsi ⁝.

(5) (S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. *(sic)*

(6) (S. T.) Et Ego Guillelmus bonanatus notarius. cognoui. ita verum esse subscripsj *(nt) (nt) (nt)*

(7) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ . —

CCCCXXXIII. [2 giugno 1223].

[*De precepto facto per potestatem albensium Guillelmo mulacio de monforto*].

(S. T.) Anni domini. M.CC.XXIII. Jndictione XI. quod fuit. II. intrante Junio. Dominus leonardus uicecomes albensium potestas uice et nomine comunis albe dixit Guillelmo mulacio de monforto et ipsum amonuit et eciam eum rogauit ut ipse GuillelmuS daret domino henrico totum id quod ipse Willelmus. habebat et tenebat in monforto et nouello et Jurisdiccione et quod pro ipso domino henrico illud acciperet. Actum in castro monforti in ecclesia sancte marie. vbi fuerunt rogati testes. Guillelmus de racunisio. fulco ceratus. Rogerius cairoxius. Henricus capra. Robaudus de poblice. Opicio de neueis. Otto banduinus. Henricus de castro. Aicardus de uinculis Andreas de çachara.

---

(1) *Il* «VI ante kal. septembris» *1223 era di domenica, non di sabato. Probabilmente il notaio non computò il giorno delle calende.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) dicti *è dopo* comunis, *con richiamo a* nomine (4) F. 258 *r.* (5) *Quanto segue è di altra mano.* (6) *Quanto segue è di una terza mano.* (7) *Quanto segue è di una quarta mano.*

(S. T.) ET EGO Guillelmus bonanatus notarius interfui et rogatus sic scripSJ. (nt) (nt) (nt)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. ut in autentico continebatur ScripSJ (nt) (nt) (nt)

(1) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ.

(2) (S. T.) EGO Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita verum esse subScripSJ. (nt) (nt) (nt)

CCCCXXXIV. [27 agosto 1223] (1).

[*De diuisione illorum de monteforto*].

(S. T.) Anno domini Millesimo ducenteximo (2) vigesimo tercio. Jndictione vndecima. Quod fuit die lune quinto exeunte augusto. Cum Guilielmus mulacius de monteforto et Rodulfus de monteforto et Jacobus de monteforto haberent quedam sedimina comunia in castro Montisforti: et uellent ipsa sedimina diuidere: fecerunt partem ex ipsis sedimi[*ni*]bus. et ea diuiserunt. Diuisis uero predictis sediminibus: unicuique predictorum parS sua per sorteS fuit assignata. et vuilielmo mulacio obuenit in partem sedimen unum (3) situm in dicto castro. Cui coheret Henricus maior. via. Sedimen quod pollastri tenent ab vberto alario. Ripa castri. Quare dicti Rodulfus et Jacobus preceperunt vuilielmo mulacio ut in possessionem tocius predicti sediminis intraret. Tali modo: quod vuilielmus mulacius et eius heredes aut cui dederit ipsum sedimen teneant et possideant et exinde quicquid uoluerint faciant: sine omni contradiccione predictorum Rodulfi et Jacobi et eorum successorum. Rodulfo uero et Jacobo obuenit in partem quoddam sedimen quod est in ipso castro. Cui coheret. via. Rupis castri. Actum est in lequo quod est prope tanagrum in curte ecclesie. Jbi fuerunt rogati testes. Henricus maior de monteforto. Anselmus baliarius eius frater. Nicolaus de luuaçanio. vuilielmus de racunisio. Opicius bauduinus. Vuilielmus de uallis. Et ego Nicholaus notarius his interfui et rogatus ScripSJ .,. (nt) (nt) (nt) (nt)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus. autempticum huius exempli uidi et legi et prout in autemptico continetur ita et in isto scripSJ .,

---

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il* « v exeunte augusto » *1223 era di domenica, non di lunedì. Probabilmente il notaio computò l'*« exeunte » *come un* « ante kalendas ». *Lo spaziato è in sopralinea.* (2) F. 258 *v.* (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(4) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi (nt) (nt) (nt)

(5) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCCXXXV. [18 dicembre 1223].

[*De peticione fareglani a domina Alaxia de saluceis*].

(S. T.) Anno domini millesimo ducentesimo. xxiij. Jndictione. xi. Quod fuit. xiiij. exeunte decenbris. Jn presencia testium. Jn canpis de manciano. presentibus testibus et rogatis. videlicet Willelmo cerato. Robaudo de poblicis. Willelmo de racunisio. Ogerio de uinculis. Willelmo de ualio. Pelleta. Dominus leonardus uice comes albensium potestas uice et nomine comuniS albe denunciauit et dixit domine Alaxie comitisse de saluceis et domino Mainfredo eius nepoti: quatinus ipsi eidem domino leonardo albensium potestati hinc usque ad. viii. dies proximos expediant uel expediri faciant. totum castrum et villam fareglani. Actum. (*sic*) Et ego Willelmus botacius notarius his omnibus interfui et Rogatus ScripSJ (*nt*) ·,· (*nt*) ·,·

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus. autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ

(1) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

CCCCXXXVI. [9 aprile 1224].

[*De inuestitura Jacobi et Guillelmi de corneliano*].

(1) (S. T.) Anni domini. m.cc.xxiiij. Jndictione. xii. quod fuit die martis. viiij. intrante aprili. Supra uoltas sancti laurencii. Jn pleno conscilio per canpanam congregato et Voluntate consciliatorum qui erant in eodem conscilio. Dominus paganus de petra sancta astensium et albensium potestas nomine comunis albe Jnuestiuit Jacobum et Guillelmum fílioS Guillelmi vliuerii de corneliano in rectum et gentile feudum de toto eo quod ipsi tenent et possident in castro et villa et posse cornelianj (2) quod sit uel olim fuit feudum comunis albe.

---

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 259 *r.* (2) cornelianj *è corretto su* corneliano (3) gerentj *è cor-*

Tali modo quod ipsi dictum feudum teneant et possideant et exinde faciant tamquam nobiles et Gentiles vassalli comunis albe. Cuius rei gratia dicti Jacobus et Guillelmus fecerunt fidelitatem dicto potestati recipienti uice et nomine comunis albe. promittentes et Jurantes quod ipsi redent varnitum et scaritum feudum predictum potestati albe uel consulibus pro tempore existentibus et feudum consignabunt quociensumque inde fuerint requisiti uel alii gerentj (3) vicem comunis albe et quod malum comuniS albe et albensium ciuium inpedient si sciuerint et si inpedire non poterint quam cicius poterint potestati uel consulibus pro tempore existentibus uel ciuibus notificabunt et omnia alia que in fidelitate continentur promiserunt et Jurauerunt obseruare. vbi fuerunt rogati testes albertus archator. Guillelmus numentonus. Sismundus ceratus. Anselmus ceua. Stephanus burserius. Guillelmus frumentum. ET EGO Guillelmus bonanatus notarius interfui et rogatus sic ScripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in iste scripSJ

(4) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus cognoui ita uerum esse subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(5) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCCXXXVII. [3 aprile 1224].

[*De preceptis et multis impositis per nuncium Jmperatoris*].

(S. T.) Anni dominice natiuitatis. M°.CC°.XXIIII. Jndiccione XII. Die mercurii tercio Jntrante mense aprilis Cum dominus Cunradus occulus de capra sindicus comunis albe pro ipso comuni instaret coram domino bertoldo domini Jmperatoris nuncio ut retractaret quedam precepta seu quasdam mulctas indictaS ab ipso domino bertoldo comuni albe. occasione mainfredi carencii et eius filii Jacobi secundum quod continebatur in litteris quibusdam et Jnstrumentis. Allegando dicta precepta et mulctas facta seu factas contra iuris formam et ideo merito retractanda. ea racione quia facta fuerant comuni albe irrequisito. Jtem quia Jacobus carencius absens per contumaciam fuerat condepnatus. et quia examinacio camere apellacioniS predicti. M[ainfredi]. et Ja[cobi]. specialiter per dominum Jmperatorem et domi-

---

retto su gerente (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

num bertoldum. ad dictorum M[ainfredi] et Ja[cobi]. peticionem. Robaudo basso et Otoni malesemencie de a[l]bengano fuerat demandata. quasdam eciam alias allegaciones proponebat. dictus dominus bertoldus taliter (1) dixit et pronunciauit super peticione predicta quam faciebat comune albe seu dictus cunradus nomine comunis. a me bertoldo nuncio imperatoris. preceptum et mulctam a me indictam comuni albe: occasione mainfredi carencii et eius filii. Ja[cobi]. dicimus non esse retractandum ne sint illusoria principis uel eius nuncii precepta uel edicta sed quantum ad primam partem ubi continetur quod illud quod potestas predicto M[ainfredo]. abstulit uel fecit contra eum. ipsam sentenciam exequendo: post appellacionem interpositam debeat in pristinum statum reduci. et cetera. *(sic)* dico et pronuncio illud preceptum et Mulctam impositam debere suspendi et prorogari donec causa appellacionis fuerit finita si ille. M[ainfredus]. et Ja[cobus]. uoluerint causam appellacionis prosequi. et ex euentu cause manifeste apparebit si illud preceptum iuste factum est nec ne. Nam si pronunciatum fuerit appellationem non tenere uel iniustam esse. apparebit preceptum iniustum et mulctam iniuste interpositam et ideo omnino reuocandum. Si autem pronunciabitur bene appellatum et male iudicatum apparebit preceptum iustum et mulctam legittime indictam. in alio autem capitulo ubi continetur ne occasione appellacionis facte ad dominum imperatorem uel occasione litterarum quas Jmpetrauit ab eius nuncio potestas non debeat eum (2) punire. et si quam penam uel mulctam indixit uel exegit ocasionibus predictis. quod eam debeat cassare et in pristinum statum reducere: dictum preceptum fuisse iustum et mulctam seu penam legittime indictam et ideo non esse retractandam nec prorrogandam. si autem predicti. M[ainfredus]. et Ja[cobus]. in causa appellacionis noluerint procedere. dico et pronuncio primam partem predictam precepti et mulcte (2) omnino esse retractandam. et Jnde dictus dominus bertoldus hanc cartam fieri Jussit. Actum castegnolis apud ecclesiam sancti martini. Jnterfuerunt inde testes rogati. Dominus presbiter Mainfredus. Obertus burellus. Willelmus scriba terdonensis. et Ardicio de santo stephano. et petrus bocconus.

Et EGo cunradus castagnolensis Notarius palatinus Jnterfui et scripSJ.

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus iussu et voluntate domini Mafei iudicis comunis albe suprascriptum instrumentum ab autemptico sumpsi et in publicam formam redegi. et illud quod continebatur in ipso autemptico. ita in hoc scripSJ *(nt)* *(nt)* *(nt)*

---

(1) F. 259 *v.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *Quanto segue è di*

(3) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi. (nt) (nt) (nt)

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subScripSJ. —

CCCCXXXVIII. [12 dicembre 1224].

[*De commissione data Robaudo basso ab Oddone malasemencia*].

(S. T.) Jn presencia testium quorum nomina Jnfra leguntur. Oddo malasemencia. suis pluribus negociis prout afferebat inpeditus comisit omnimodo vicem suam (1) Robaudo basso. cumdelegato suo in causis et questionibus que vertebantur seu verti spe(2)rabantur: coram sese Jnter Mainfredum et Jacobum carencium ex una parte. et comune albe ex altera: Jta quod quicquid dictus robaudus Jn his fecerit: audiendo Jubendo. confitendo. possessionem restituendo. uel quolibet alio modo dictus oddo Ratum et firmum habebit. ac si ipse propria persona secum fecisset. promittendo se omnia perpetuo ratum (*sic*) abiturum. et Jta ut supra dictum est. vicem suam omnimodo comisit. Actum in ciuitate albingana Anno dominice natiuitatis Millexímo ducentexímo. vigexímo quarto. Jndicione. duodecima. Die. xii. decembris. Testes oddo carlus. Guillelmus fererius. Guillelmus de ualauro .·. Rogati ;

(S. T.) Ego cunradus rapallus notarius Rogatus Jnterfui et ScripSJ ;

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus iussu et uoluntate domini Mafei iudicis comunis albe suprascriptum instrumentum autempticaui et in publicam formam redegi et quod continebatur in ipso Autentico ita et in isto scripSJ (nt) (nt) (nt)

(3) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius cognoui Jta uerum esse subscripsi (nt) (nt) (nt)

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCCXXXIX. [13 dicembre 1224].

[*De questionibus inter Mainfredum et Jacobum carencios et comune albe*].

(S. T.) Jn presencia testium infrascriptorum. Rob[audus] bassus fungens vicem suam et oddonis malasemencie (*sic*) ut aparet per instru-

---

altra mano. (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) R : suam suam (2) F. 260 *r.* (3) *Quanto segue è di altra mano.*
(4) *Quanto segue è di una terza mano.*

mentum inde factum. ex autoritate delegacionis uel delegacionum qua uel quibus fungebantur eis fa[c]tis uel datiS ex parte inperatoris uel sui nuncii super questiones seu querimonias⁝ que vertebantur seu verti sperabantur⁝ Jnter Manfredum carencium et Jacobum carencium ex una parte et comune albe ex altera. Restituit Oberto marescoto nuncio comunis albe nomine ipsius comunis⁝ possessiones. eisdem. Mainfredo. et Jaco[*bo*]. ab eis adiudicatas. occasione contumacie Alicuius uel quo[*li*]bet alio modo comunis albe. et specialiter de castro sancte victorie et ville barbareti (*sic*) et niuiliarum. [*ut*] Jta libere et absolute non ostante adJudicatione uel dacione dictarum. possessionum. factis versus comune. habeat et eas teneat sicut ante faciebat dictum comune. dictis. Ma[infredo]. et Ja[cobo]. confitentibus comune albe de iure et facto. plenarie satisfecisse; preterea confessus fuit dictuS Robaudus vice sua et dicti oddonis comune albe omnia precepta⁝ ipsi comuni occasione dictorum. Ma[infredi]. et Ja[cobi]. facta plenarie et legitime omnimode (*sic*) obseruasse in omnibus et per omnia secundum quod ipsi comuni omni modo ab eis erat Jniunctum uel preceptum. Jdeo quia ipsi Mainfredus et Ja[cobus]. presentes asserebant. et confitebantur quod comune versus eos et circa eos omnia precepta eorum ocasione ab eisdem facta (dictum comune) plenarie ac legittime⁝ sine Aliqua contumacia obseruasse quicquid in contrarium dixerint⁝ si qua (1) dixerunt. Actum in ciuitate albingana. Anno dominice natiuitatis Milleximo ducenteximo. vigeximo quarto. Jndicione XII. Die terciodecimo decembris. Testes. Margarotus opertus. Oddo porata. ; Rogati;

(2) (S. T.) Ego Cunradus imperialis notarius Rogatus Jnterfui et ScripSJ; —

CCCCXL. [19 novembre e 4 dicembre 1224].

[*De fine Mainfredi et Jacobi carenciorum comuni albensi*].

(S. T.) Anni domini. M.CC.XXIIII. Jndiccione. XIJ. quod fuit. XIJ. exeunte Nouenbris. Jn presencia testium Mainfredus carencius sua mera et spontanea voluntate et nullo cogente et Jacobus eius filius promiserut Oberto marescoto uice et nomine comunis albe redere omnia priuilegia et comisiones que quasue inpetrauerunt uel inpetrari fecerunt ab Jmperatore seu ab eius nunciis contra comune albe. Jtem promiserunt ei reddere omnia instrumenta et scripturas publicas et priuatas que quasue habent ipsi uel alius pro eis que in aliquo faciant. contra. comune albe. Jtem fecerunt finem et refutacionem et pactum de non

(1) R: qui (2) F. 260 *v.*

petendo de toto eo quod (*sic*) possent conuenire comune albe aliquo modo occcasione cuiusdam condempnacionis siue banni. D. librarum. facte a leonardo uicecomite quondam albensium potestate. et specialiter. cc. librarum quas ipsi uel eorum securitates pro ipsis soluerunt comuni. et apellacioni facte penitus renunciauerunt. Jtem fecerunt finem et refutacionem et pactum de non petendo de penis et bannis aliquo modo ab imperatore uel eius nunciis seu delegatis comunj (1) albe inpositis occasione ipsius Mainfredi uel eius filii et Jnstrumenta et scripta que inde habent uel habere debent comuni restituent. Jtem facient ita quod Robaudus bassus et Otto malasemens (*sic*) delegati restituent comuni albe omnes possessiones. rerum comunis Albe quos ipsis dederunt uel dari constituerunt et quod confitentur et pronunciabunt comune albe omnia eorum precepta et terminos ipsi comuni facta seu ordinatos occasione predicti Mainfredi et Jacobi obseruasse et pro posse laborabunt bona fide quod Bertoldus illud idem faciet. (2) Jtem confessi fuerunt dicti Mainfredus et Jacobus [*quod*] comune albe circa eos et versus ipsos bene obseruauerat omnia precepta comuni albe facta ab imperatore uel eius nunciis seu delegatis. Jtem promiserunt et iurauerunt obligantes se et sua bona omnia predicta attendere et obseruare [*in*] integrum et nullo modo contrauenire et quod nullum fecerunt datum alicui persone de iuribus eis contra comune albe conpetentibus et si contrafecissent et aliquod dampnum comune albe incurreret restituere promisserunt obligantes ei nomine comunis albe omnia eorum bona. et possessionem sibi rerum comunis datam ab imperatore uel eius nunciiS seu delegatis penitus refutauerunt et omni Juri si quod in ipsa possessione uel racione possessionis habebant in rebus sibi datis [*renunciauerunt*]. Hec omnia sicut dicta sunt ipsi (3) Mainfredus et Jacobus promisserunt et Jurauerunt attendere et obseruare et firma tenere. Actum in castro neuilearum. vbi fuerunt testes rogati. Berrutus cunradengus. Otto badellus. Bonifacius cunrengus. Oto falopus. Jacon. puglanus. Johanetus saraxinus. Rogerius cairoxius. Opicio de neueis. Eodem Anno. IIII. intrante decembris supra uoltas sancti laurencii. presentibus testibus et rogatis Opicione de neueis. Jacobo fantino. Pignolio. Ottone garocio. Opicione bauduino. Jn pleno conscilio per campanam (4) congregato. dictus Mainfredus carencius predicta omnia sicut dicta sunt in omnibus promisit domino Pagano de petra sancta albensium potestati uice et nomine comunis albe Attendere et obseruare et renunciauit. ut superius et promisit sub ypotheca omnium bonorum suorum.

---

(1) comunj *è corretto su* comune (2) *Era già scritto* facient: *ma poi l'*n

Et Ego Guillelmus bonanatus notarius his omnibus interfui et Rogatus scripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) Et EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. iusu et voluntate domini Mafei iudicis comunis albe suprascriptum instrumentum autempticaui et in publicam formam redegi et illud quod continebatur in autemptico ita et in isto scripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(5) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse (cognoui) subscripsi (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(6) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ

CCCCXLI. [31 ottobre 1224].

[*De electione potestatis albensium et astensium*].

(S. T). Anno domini. Milleximo. ducenteximo viceximo quarto. Jndiccione duodecima. Die iouiS uno exeunte octubris. Cum robaudus caious (*sic*) et Guillelmus careocius sindi(n)ci et Ambaxatores comunis de ast ut dicebant: ad eligendum potestatem qui regeret ciuitatem astensem et albensem de ciuitate triuixii Cum Nicolao cunradengo et Johanne basso Ambaxatoribus de alba ad id faciendum constitutis nollent concordare de persona potestatis cum predictis nicolao et Johanne. Jpsi scilicet nicolaus et Johannes eligerunt tres de triuixio scilicet vercium tempestam. Giramundum. Albertum de porta. dantes electionem ipsis Ambaxatoribus de ast eligendi de istis tribus quem vellent. dicenteS et offerentes sese esse paratos eundi ad ciuitatem triuixii. Actum Jn alexandria in domo comunis Albe. Vbi fuerunt testes. Jacobus scasus. Pistonus nuncius. Albertinus de maxo (*nt*) (*nt*) (*nt*)

Et Ego Robaudus badellus notarius palatinus Rogatus hanc cartam ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus iussu et voluntate domini mafei Judicis comunis albe suprascriptum instrumentum autempticaui et in publicam formam redegi et illud quod continebatur in autemptico ita et in isto scripSJ ., (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(1) (S T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(2) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ.

---

fu raschiata. (3) R: ipse (4) F. 261 *r.* (5) *Quanto segue è di altra mano.* (6) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

CCCXLII. [7 agosto 1224].

[*De castro niuilearum obsidendo*].

(1) (S. T.) Anno domini. Milleximo. ducenteximo. vigeximo quarto. Jndiccione. XII. quod fuit. VIJ intrante Augusto. Presentibus bergundio pugno. Cunrado occulo capre. Jordano eius patre: et mu[*l*]tis aliis testibus inde Rogatis. Cum dominuS Rainerius diuina permisione albensis episcopus diceret se Accepjsse (2) (in) castrum niuilearum: et petisse ab guidone filio quondam Robaudi de reuello castrum predictum: sibi restitui: et habere illud ab eo non potuisset: dixit et precepit domino Henrico (3) de petra sancta vicario domini Pagani de petra sancta albensium potestatis: sub debito fidelitatis iniungendo ut in ossidione ipsius castri cum albensibus et cum omnibus suiS coaiutoribus permaneret. quousque predictum Castrum deuictum fuerit. et quicquid ibi fecerit firmum et ratum habebit. et eciam ipsum dominum Henricum in suo loco constituit. et hoc fecit cum conscilio domini bertolomei de ulmeta albensis archidiaconi. Actum fuit Jn uilla neuilearum. Jn domo sacerdotis. Et ego villelmus qui vocor pignolius. notarius Jnterfui et hanc cartam precepto supradicti episcopi et Archidiaconi et domini predicti henrici scripsi (S. T.)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(4) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita verum esse subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(5) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCXLIII. [21 o 22 agosto 1224] (1).

[*De facto Willelmi de neuileis et comunis Albe*].

(S. T.) Anni domini. M.CC.XXIIIJ. Jndictione XII. quod fuit die mercurij. X. e[*xe*]unte Augusto. Jn pleno conscilio per canpanam congregato placuit ipsis consciliariis qui erant in eodem conscilio et domino Pagano de petra sancta albensium potestati. et fulco cerrato. et Oberto

(1) F. 261 *v.* (2) Accepjsse *è corretto, prima con un* J *interno, poi con una* i *soprascritta su* accepesse (3) R: Honrico (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il* « X exeunte Augusto » *1224 era di giovedì, non di mercoledì. È dunque errato il giorno del mese, o quello della settimana.* (2) R: facto

vercio et Rogerio cairoxo et Bergundio pugno qui debebant pronunciare inter comune albe ex una parte et Guidonem de neuileis ex altera super facto neuilearum ut illud dictum et pronunciacio illa sit supra Guillelmum de pruneto. Jta quod ipse Guillelmus quicquid dicere voluerit dicat super illo facto (2)! vnde dominus Paganus albensium potestas nomine communis albe et consciliarii predicti qui erant in eodem conscilio ex una parte et Guido de niuileis ex altera sese subposuerunt stare in arbitrio dicti Guillelmi de pruneto et promiserunt in eo quod ipse Guillelmus in omnibus et per omnia dixerit sub pena. c. marcharum argenti et id totum atendere et obseruare (3) et soluta pena pactum et pronunciacio(nem) firmum et firma(m) remaneat. Qui Vido hec omnia promisit et iu(4)rauit attendere sub ypotecha omnium bonorum suorum. et dictus dominus paganus nomine communis albe et consciliarii promiserunt attendere sub obligacione communis albe. Qui Guillelmus de pruneto dixit et pronunciauit ut ipse Vido de niuileis. faciat datum et vendiccionem comuni albe de medietate castri et ville et Jurisdiccione neuilearum et de omnibus dompneis que in ipsa villa et posse habebat et de eo quod habebat in sancto systro. Et de alio quarterio similiter neuilearum si potest facere quod inde non faciat malum uel pro uendendis godiis uel pro danda securitate uel aliter sicuti dixerint sapientes in omnibus. Jtem pronunciauit quod comune albe ipsi Guidoni dare debeat precio illorum trium quarteriorum. cc. libras. Jn denariis per istos terminoS ad Octauam anni noui. c. libras. et ad kallendas februarii. alias. c. libras. Jtem ei dare debeat. Mille libratas terre. videlicet vineam de monte feleario cum terra Jnsimul tenente. pro. c. libris. et iornatam terre que est iuxta hospitale. pro xxvj. libris. et Jornatam terre que est a reclussis pro xxvj. libris et de alia (5) terra tanta que comune habeat que procedant in quantitate. m. librarum. Jtem pronunciauit voluntate conscilii quod ipse vido non faciat Justiciam coram potestate uel consulibus albe pro tempore existentibus. de aliquo facto uel negocio dato uel facto usque ad odiernum diem. Actum in alba in ecclesia sancti siluestri. vbi fuerunt Testes rogati. Barexius. Garellus. Aicardus de uinculis. Dominus henricus de petra sancta. Et ego Guillelmus bonanatus notarius interfui et rogatus ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus Autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

---

facto (3) R: obsoruare (4) F. 262 *r.* (5) R: et de alia et de alia (6) *Quanto segue è di altra mano.* (7) R: notarius notarius

(6) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius (7) cognoui. ita uerum esse subscripsi (nt) (nt) (nt)

(8) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

CCCCXLIV. [18 settembre 1224].

[*De facto neuilearum et comunis albe*].

(S. T.) Anni domini. MCC.XXIIIJ. Jndiccione XII. quod fuit. XIII. exeunte setempbris. Jn alba ad hospicium potestatis supra solare balduinorum et nurus mascari de strata Agnexia balduina nomine. presentibus testibus Oberto marescoto. Cunrado capra. Albexano balduino. Ottone rapa. Ogerio cunradengo. Vulmanno capra. fulcone cerato. Bergundio pugno. dominus Mafeus de curte noua iudex et vicarius domini pagani de petra santa albensium potestatis uice et nomine comunis albe denunciauit domino vberto de reuello et eum amonuit et dixit quatinus sibi faciat fidelitatem nomine comuniS albe ex eo quod habere uidetur in castro et villa siue posse neuilearum. Eo Modo quod albensi (1) episcopo facere consueuerat. et ei perlectum fuit ibi instrumentum quod dictus episcopus fecit comuni albe et potestati in quo continetur quod ipse episcopuS eidem potestati uice et nomine comunis albe dederat fidelitates omnes quas (2) ibi habebat et quod ipsos vasallos absoluerat a fidelitatibus et quod fidelitates facere debent comuni albe. Jtem dixit ei quod si ipse haberet aliquod iuS in neuileis uel aliquod instrumentum quod Ardicio de reuello ei dare deberet aliquid uel quod ei pignori obligasset partem suam que (*sic*) ipse Ardicio habebat in neuileiS uel aliqua alia de causa quod ei mostraret. Alioquin ipse Mafeus habebit pro firmo quod nullum ius ibi haberet. et ipse vbertus dixit quod propter hoc quod Audiuisset uel uidisset nolebat facere ei fidelitatem. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe sic scripSJ

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus. autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripSJ. (nt) (nt) (nt)

(3) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius. cognoui ita verum esse subscripsi (nt) (nt) (nt)

(4) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subScripSJ —

---

(8) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 262 *v.* (2) *In* R *l'abbreviazione della* q *sembra piuttosto indurre alla lettura* quod; *ma il senso richiede* quas (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

CCCCXLV. [12 settembre 1224].

[*De eodem*].

(S. T.) Anni domini. MCCXXIIIJ. Jndictione. XII quod fuit. XII. intrante septembris. Jn alba (1) in porticu balduinorum ad hospicium potestatis. Presentibus testibus tebaldo faleto. Cunrado capra. Opicione de neueis. viliermo foacia. Oberto bucabruna. dominus Mafeus de curte noua iudex et vicarius domini paga(ga)ni de petra sancta albensium potestatis uice et nomine comunis albe Amonuit dominum vilielmum de reuello et ei denunciauit et dixit quatinus usque ad diem sabbati proximum. sibi uice et nomine comuniS albe faciat fidelitatem ex eo quod habere uidetur in castro et villa siue posse neuilearum. Eo modo ut facere consueuerat albensi episcopo. a quo ipsum comune aquisierat fidelitates omnes quas habebat in ipso castro et uilla siue posse neuilearum ut constat in quodam instrumento per me Jacobum fantinum conditum. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe sic scripSJ. —

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus autempticum huius exempli uidi et legi et prout in illo continebatur ita et in isto scripsi .. (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(2) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius. cognoui ita verum esse (cognoui) subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCCXLVI. [8 dicembre 1224].

[*De facto Vidonis de niuileis*].

(1) (S. T.) Anni domini. M.CC.XXIIIJ. Jndiccione XII. quod fuit. VIIJ. intrante decembris. Jn alba ad ospicium potestatis Jn porticu balduinorum et nurus Mascari de strata. Presentibus testibus Oberto capra. Sismundo formaiario. dominus Mafeus de curte noua et dominus Henricus de petra sancta vicarii in alba domini Pagani de petra sancta albensium potestatis uice et nomine comunis albe dixerunt et denunciauerunt vidoni de niuileis ut debeat eis facere datum Medietatum castri et ville et pertinenciam neuilearum et Jurisdiccionum et omnium Jurium ad predicta pertinencium et de omni eo quod habet et

---

(1) R: Jn alba jn alba (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

visus est habere in sancto systro secundum quod preceperat vilielmus de pruneto ad hoc electus pro quibus omnibus recipere debebat inter terram et denarios. valens. octocentum. libras. et de quibus iam receperat. Septemcentum octo. libras. et sic remanet ad soluendum tantum LXXXXII. libras. quas iamdicti Mafeus et Henricus parati erant sibi dare nomine comunis albe. de tercio quarterio dixerunt et denunciauerunt nomine comunis ipsi guidoni quod intret in possessionem si eum non possidet et eum debeat possidere ad suam voluntatem. dicentes se nomine comunis ipsum quarterium non possidere nec uelle possidere set uelle ut ipse vido eum teneat et possideat sicuti unquam possedit. Jusuper denunciantes ipsi vidoni quod si posset facere datum de illo quarterio quod libenter illud datum reciperent nomine comunis sicuti precepit Vilielmus de pruneto quod esse non potest cum ille vido dicat quod illud quarterium detinet in feudum ab vberto de reuello nisi esset de voluntate ipsius vberti et si posset facere datum de illo quarterio parati sunt recipere nomine comunis. Jtem dixerunt sibi quod deberet dicere veritatem de literis quas aportauit vbertus de reuello si eas fecit venire et si ex his uult uti contra comune albe. ad quod ultimum respondit quod de his uult uti si fuerit proficuum ei aliter non et noluit respondere si fecit eas venire. qui vido dixit quod paratus erat facere datum de omnibus tribus quarteriis et non de duobus tantum sicuti vilielmus de pruneto preceperat si de hoc non faceret maliciam. qui mafeus et henricus dixerunt et eciam sibi denunciauerunt quatinus eis nomine comunis faceret datum de duobus quarteriis que ipse vido detinebat in feudum ab episcopo quod facere poterat cum haberet licenciam ab episcopo de tercio quarterio dixerunt ut dictum est supra. et parati erant pro comuni omnia supradicta adimplere quod ipse vido facere recusauit. Ego Jacobus fantinus notarius palatinus et scriba comunis albe precepto domini mafei et domini Henrici sic ScripSJ —

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo. notarius palatinus exemplum huius autentici uidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto ScripSJ. (*nt*) (*nt*) (*nt*) .,

(2) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius. cognoui ita uerum esse subscripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

---

(1) F. 263 *r.* (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

CCCCXLVII. [15 luglio 1224].

[*De inuestitura Gratapalee per comune albe*].

(1) (S. T.) Anni domini. M.CC.XXIIIJ. Jndictione XII. quod fuit XV. intrante Jullio. Presentibus testibus et rogatis. Jacobo de bagnasco. Robaudo de garexio. Otone pugno. Gaudinello. Taraxio. Oberto marescoto. Alexandro notario. Colunbo saltario. Opicione maleto. Jn pleno conscilio per canpanam congregato et voluntate consciliatorum qui erant in eodem consilio. Dominus paganus de petra sancta albensium potestas. volente domino Henrico marchione de carreto et presente et salua fidelitate domini henrici predicti marchionis de carreto. Jnuestiuit dominum Gratapaleam de illis castris que ipse dominus henricus dederat ipsi Gratapalee et que tenebat a comuni albe. silicet. de arguello et caluençana et fauxolii. Boçolasci et nielle.

Tali modo quod ipse. Gratapalea ibidem fidelitatem fecit ipsi domino pagano albensium potestati uice et nomine comunis albe et promisit et Jurauit ipsi domino pagano. nomine comunis albe ipsum et albensium potestatem et consules pro tempore existentes et ciues albe bona fide et sine fraude saluare et defendere in rebus et personis contra omnem personam ad suum posse et quod non erit in conscilio uel facto seu consensu quod potestas uel consules albe pro tempore existentes uel aliquem ciuem *(sic)* albe Amitat uitam membrum uel mentem uel sensum uel honorem sui regiminiS et terram de qua comune albe est saxitum uel [*in*]uestitum uel erit ad racionem ad suum posse defendere et predicta castra et villas. predicta[*s*] munita uel non munita potestati uel consulibus albe pro tempore existentibus. uel comuni albe non uetabit nec uetari permitet et hoc et alia que continentur in fidelitate Attendere et obseruare promisit et Jurauit. Et ego Guillelmus bonanatus notarius interfui et rogatus ScripSJ.(*nt*) (*nt*) (*nt*)

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor Bonus homo notarius palatinus exenplum huius autentici uidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*).,

(2) (S. T.) Ego Guillelmus bonanatus notarius coguoui uerum esse subscripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ —

---

(1) F. 263 *v*. (2) *Quanto segue è di altra mano.* (3) *Quanto segue è di una terza mano.*

CCCCXLVIII. [13 gennaio 1225].

[*De confessione dominorum de braida de ficto* L *librarum*].

(S. T.) Anni domini. M.CCXXV. Jndiccione. XIII. quod fuit. XIIJ. intrante Januario. Dominus Henricus de braida et Ogerius et Grenonus et Oto et Vbertus filius condam domini Robaudi de braida. excepcioni non numerate peccunie renunciantes quietos se tenuerunt de ficto. L. librarum quas comune albe eis dare debebat usque ad hodiernum diem secundum quod continetur in instrumentis concordie et specialiter de illis. L. libris. quas habere debebant a comune *(sic)* ad terminum anni et regiminis domini pagani de petra sancta albensium potestatis. vnde absoluerunt dominum mafeum uicarium predicti domini pagani nomine comunis albe et comune albe. Actum supra uoltas sancti laurencii in alba. vbi fuerunt rogati teste[*s*] Jacobus fantinus. Bergoncius pugnus. Odinus de poblice. Aicardus de uinculis. Henricus ceratus. Et ego Guillelmus bonanatus notarius interfui. et rogatus scripSJ *(nt)* *(nt)* *(nt)*

(S. T.) ET EGO Henricus capalla qui dicor bonus homo notarius palatinus exemplum huius Autentici uidi et legi et prout in eo continebatur ita et in isto scripSJ *(nt)* *(nt)* *(nt)* .,

(1) (S. T.) Ego Willelmus bonanatus notarius cognoui ita uerum esse subscripsi *(nt)* *(nt)* *(nt)*

(2) (S. T.) Ego Jacobus fantinus notarius palatinus cognoui Jta verum esse subscripSJ. —

CCCCXLIX. [1 febbraio 1224].

[*Iura comunis albe tempore potestadie domini paiani de petra sancta*].

(1) § Anno domini. Millesimo. Ducentesimo vicesimo quarto. Jn kalendis. februarii. Tempore potestadie domini paiani de petra sancta Albensium potestatis. repertum est per Willelmum de pruneto. et clocham notarium executoreS comunis albe ad querendum secundum tenorem albensis capituli iura que comune albe. habet et habere uidebatur in trecio. Montrexino. Traiso. Neueis. Barbarisco. Zocho. Praiarolio. Montebello. Colonberio. Sancta Victoria. Pollentiis. Marcenasco siue Murra. Barolio. Vriolio. Repertum est fideliter inqui[*si*]ta RacioneS comune ista iura inferius scripta habere. in predictis nominatis locis.

(1) *Quanto segue è di altra mano.* (2) *Quanto segue è di una terza mano.*

§ Jn treçio. et curte.

Treçium diuiditur per medietatem. et vna medietas de treçio est dominorum de Reuello. et Alia medietas est dominorum de aliano. et dominorum de montealto. et Marencorum. et aliorum dominorum Jtem quod comune de alba. habet et tenet ad doneum partem quam dominus Bonifacius de Reuello. habebat in treçio. silicet terciam partem medietatis. Jtem dominus vbertus et dominus Martinus de Reuello. habent et tenent a comuni in feudo alium *(sic)* tercium istius medietatis dominorum de reuello. et istud tercium (2) domini. Martini. et domini vberti. est. XIIII. Mansi. et isti. XIIII. Mansi sunt ita boni quod bene super totum valent integre. quartam partem trecii. cum trecium non sit nisi. L. mansi. Quos. XIIII. Mansos. qui in feudo a comuni de alba per dominum vbertum tenebantur. et per dominuM Martinum ipsi Martinus. et vbertus obligauerunt vidoni de niuileis. qui ipsos. Mansos obligauit bergoncio censoldo. qui ipsos Modo tenet. Dominus vero (*sic*)

§ aliud uero tercium istius medietatis est. et tenetur. A filiis quondam domini Otthonis de reuello. et A Willelmo filio quondam domini Willemi musi. et a petro turco de neueis. qui ex eo tercio habet. vnum Mansum et dimidium. Et Willelmus pilosus filius quondam domini Ottonis. et dominus Willelmus filius quondam domini Ardeçonis. tenebant totum istum *(sic)* tercium Jn feudo a comuni de alba prout audiuerunt dici qui inde dabant testimonium. Et in isto tercio. vido de niuileis. habet. vnum mansum et Medium in alodium.

§ Otto de neueis Albensis canonicus accepit de tercio quod erat domini Bonifacii. postquam comune habuit ad doneum. Medium Mansum qui fuit vidonis qualie de trecio.

(3) § Dominus vido de niuileis tenet. ex tercio domini Bonifacii. vnum castagnetum. quod est in maçano in curte treçii.

§ Jacobus de desaia tenet a comuni de alba in feudo quod habet in treçio.

§ Omnes homines de treçio comuniter sunt ciues albe. et quod comune de alba accepit fodrum comuniter ab hominibus de treçio.

§ De montrexino.

§ Comune habet in montrexino. XVIII. Mansos. et duas partes alterius mansi. et vnam manualiam. Jtem habet contitum. et dominium omnium alodiorum de montrexino. ita quod ad comune pertinent omnia iura. et sucessiones. de alodiis. et XVIII. Mansis. et pro suis alodiis sunt ciues et homines comunis albe. tamquam illi qui tenent a suis dominis.

---

(1) F. 264 r. *Qui comincia una nuova mano.* (2) R : ttercium (3) F.

Jtem. omnes domini qui habent. et tenent aliquid in Montrexino. sunt inde ciues. et tamquam ciues debent a comuni cognoscere (*sic*). hoc ideo quia olim montrexinum fuit dominorum de montefalcono. et sarMatorio. A quibus [*emerunt*] quidam albenses ciues. silicet dominus henuerardus de sancto eusebio pater Amedei scaturle patris Matris Jacobe. A qua fulco cerratus emit. XI. Mansos. et vnam Manualiam. et quedam donealia. et dominus. Tebaldus coldeuiela pater domini Robaldi. A quo Willelmus de fariliano ciuis albensis. patris (*sic*) domine Rufine vxoris quondam Ogerii rati. emit. XIIII. Mansos. et Medium. et II. Manualias. et dominus Girardus infans pater Ogerii lançauace patris dominarum de uicia. et de couaçolio. et de neueis. et de aliano. ciuis albensis. Ab heredibus quarum dominarum comune albe postea emit (4). X. Mansos. et tercium alterius Mansi. et computatis omnibus his que comune habet in montrexino de mansis preter alodia. Repertum est comune ibi habere. XVIII. Mansos. et duas partes alterius. et vnam manualiam. Jtem omnes homines de montrexino sunt ciues albenses. et subiectos (*sic*) comunis albe.

§ Quidam homines sub fraude ad euitandum seruicia comunis albe. dederunt sua [*a*]lodia ecclesie de montrexino. videlicet AMedeus galletus dedit. vnam peciam terre de alodio comunis empte a cairosis. et Jacet ad closam de rocha galletorum Cui coherent (5) Rainaldi. et consortes. et fuit de compara cairosorum et Reddit Modo ecclesie. II. denarios sub fraude.

§ Obertus Martinus dedit. ipsi ecclesie aliam peciam terre de alexo. coherent buari. (6) Gandulfus arquatus. et [*dat*] ei ecclesie. III. denarios pro ficto. et non uult facere seruicium comunis. et fuit de conpara caresorum.

§ Jn traiso.

§ Comune albe habet in traiso. vnum mansum qui detinebatur a filiis abellonii pro uberto basso. Jtem. II. mansos pro rogerio alleo quorum vnus detinebatur. a Maletaxis. et alius a Robaldo de plano. et Rocia. et consortibus. Jtem. duos Mansos qui fuerunt petri bertrami quos emit A baxino. Quorum vnus tenebatur A Johanne Ferrario. et consorte. Medietas alterius Mansi tenebatur. A Willelmo carleuario et A Sicheto tenetur quartum. et Jordanus. et opiço de neueis tenent alium quartum. Jtem tres Mansos. quos comune emit a foaciis. Quorum vnus detinebatur. A carleuario. et consorte et A Rocia. Secundus detinebatur A petro de Jerbo. et consortibus. Tertius detinebatur A lai-

---

264 *r*. (4) R: emit. emit. (5) *Segue cancellato*: galle (6) F. 265 *r*.

timino et Nigrebono. Jtem alii habent vnum mansum. ad doneum. Jtem comune habet. v. mansos. quos emit a censoldis. qui fuerunt Robaldi de reuello. Quorum primus tenetur A Carleuario. et consortibus. minus Sexta parte. que tenetur. A censoldis. Secundus tenetur a filiis AMedei ferrari. Tercius a Mainfredo Rainerio. Quartus ab henrico baralio. et consortibus. Quintus A bonabellis. et consortibus. Jtem. I. Mansum quem emit. Ab Anselmo censoldo. qui detinebatur a Willelmo peccato. et Willelmo de podio. et consortibus. Jtem omnes homines de traiso comuniter sunt ciues albe. et Comune cum omni honore. et contitu. et poderio. et successione. et Jurisdictione. habet. et tenet omnia predicta. et pascua pro tanta parte Mansorum. dictorum. § Otto Rapa accepit sucessionem. Otthine filie quondam Mainfredi de podio que decesit sine filiis cui comune iure et consuetudine traisii succedere debebat. et habuit inde. VI. libras et XVII. solidos. Jtem XVIIII. Minas grani. et tres Minas fabarum. Jtem. XI. soldos de vino. Jtem domum de alba. Jtem terras quas comune emit a censoldis. quas ipse Otto dedit a[d] tenendum Matri ipsius Ottine. et inde sunt due carte. quas habet petrus pjtor (7).

§ Comune. habet in pollencia. XXV. ciues. et domos. et preterea. Anselmus de braida. et Rogerius. et Johannes. de braida. et Girbaldus de rodino. et Riba. et Jacobus. et Willelmus. faleti. et Grafius. et Merlus. et filii. Willelmus boxia. Mainfredus. et Odo molli ibi habent Multas possessiones.

(8) § De barbarisco

Barbariscum diuiditur per medietatem. et vna medietas erat dominorum de reuello et Reliqua medietas erat dominorum de aliano. et illorum de cortasono. et aliorum silicet domini Raimundi. et successorum. Et medietas illorum de Reuello diuiditur per tres partes. vna pars istarum trium parcium. erat domini bonifacii de reuello qui eam Jn feudo tenebat a comuni de alba. quam partem Otto ribaldus Modo tenet a comuni in feudo. Et Reliqua tercia pars erat domini Martini et domini Vberti. et ipsi eam partem tenent in feudo A comuni de alba. Et Reliqua tercia pars istius medietatis. erat domini Willelmi pilosi: et consortum. et Jacobi treceuenarum *(sic)*. Et Reliqua medietas de barbarisco. tenetur a dominis de aliano. per terciam partem pro sua. Et domini de cortasono. habent aliam terciam partem istius medietatis. et eam tenent in feudo a comuni de alba. Et alia tercia pars istius medietatis. erat domini Raimundi patris istius Willelmi de bar-

---

(7) pjtor *è corretto su* petor. (8) F. 265 *v.* (9) R : de barbarisco de

barisco (9). qui modo eam suam tenet a comuni in feudo. et Willelmi patris oberti qualie patris et nicolai. qui suam partem uendidit astensibus. Jllud quod habet Jacobus de desaia fuit de parte dominorum de reuello. Et illud quod habet ibi petrus (10) turcus fuit de parte dominorum de reuello.

§ De Neueis.

Neueum diuiditur per medium. Et vna Medietas est dominorum de reuello. et alia medietas est dominorum de alian(n)o. et cortasono. et Montealto. et Marencorum. Et dominus Bonifacius de reuello habebat terciam partem Medietatis dominorum de Reuello. et eam partem tenebat in feudo a comuni de alba. et Comune eam partem ad doneum tenet. et sunt in isto tercio Medietatis inter pratum. et terram cultam et incultam. et Boscum. circa. xviii. Jornatas. et ex isto tercio. petrus turcus tenet in feudo omnes Redditus vnius Mansi. preter fodrum. et ii. Minas specte (*sic*) que comune de alba habet ad doneum. et Modo ipse petrus illum Mansum qui erat (11) accepit ad suum doneum. Et illi de castellainaldo. ex isto tercio tenent. tres Mansos in feudo. a domino Bonifacio. et successoribus. Et in feudo dominorum de castellainaldo sunt circa. viii. Jornatas (*sic*). Et Comune de alba. habet ad doneum vndecim. Mansos Minus quartam vnius mansi cum illo manso. quem accepit petrus turcus. Jtem terra et tenuta quam tenent valoni et pelati. est. de comuni albe. Dominus vero Ardeçonus. habet Nouenum Medietatis dominorum de reuello. Et illum (*sic*) tenet in feudo a comuni. Set modo Arnaldus botacius tenet in pignore. Balçani de alba (12) tenent a comuni medium mansum. qui tenebatur a domino bonifacio Jlli uero de castellainaldo tenent. a dicto Ardeçono. i. Jornatam terre Jn feudo. et paurum (*sic*) plus. et vnum mansum

Dominus Martinus de reuello. et ubertus eius nepos. habent alium (*sic*) tercium medietatis dominorum de reuello. et dominus vbertus tenet comuniter a dominis de Reuello. viiii. Mansos. Jn neueis. et xxiiii. Jornatas terre videlicet. xxv. Jornatas. cum illis (*sic*) de domino bonifacio. et domino Ardeçono. Jn feudo gentili.

Domini de cortasono tenent. et habent in neueis. super totum duodecimam partem. silicet Sextam partem Alterius Medietatis que non [*est*] dominorum de Reuello. et Non est alia duodecima pars in neueis. que ita bene ualeat pro hominibus et doneo. Et ipsi domini de cortasono hanc partem tenent in feudo a comuni de alba.

Anselmus Marencus. habet. Sextam partem tocius consortitus ville

---

barbarisco (10) R : petrus petrus (11) *La lacuna è in* R. (12) F. 266 r.

de neueis et hec pars bene vallet pro doncis quartam partem Super tocius ville. (*sic*) et contitus neuearum. Et ipse Anselmus tene[*b*]at (13) a comuni in feudo.

Et sic diuiso Neueo per. LXX.II. partes comune de alba. habet. et ab ipso comuni tenentur. XXXVIII. partes. et Quartam partem alterius partis. et Jacobus de desaia. vnam partem. et Mediam. Et commune de aste habet. Tricesimam. et vnam partem. Minus quartam alterius partis. et petrus turcus. I. partem. et Mediam et albertus crua tenet partem domini vberti Jn feudo.

§ Jn çocho

Comune de alba. habet in çocho. XIIII. bonos albergos cum honore et contitu. et Jurisdictione. et fere omnes homines de çocho tenebant a censoldensibus. quod est totum de comuni. Et Omnes homines de çocho comuniter sunt ciues Obertus baralus est homo comunis pro terra Ottonis gabi. quam tenet. et habet. Obertus bellanci(u)us erat homo comunis albe. et Mortuus est sine filiis. et henricus coctus filius quondam domini alberti. de uicia. Accepit. et tenet cum dominis de çocho. eius bona dicendo quod ad se spectabat successio. quia suus (14) et in nichilo ad eum spectabat.

§ Jn montello (*sic*)

Comune habet in montebello terram. et poderium. quod Ardeçonus gropus. tenebat A censo[*l*]densibus. et ex eo poderio. henricus textor tenet. II. Jornatas terre.

§ Jn sancta uictoria

Castellum et villa de sancta uictoria diuiditur per quartarium. et ex eo castro Willelmus de teuoleto. et Rainerius fratres. et Cunradus de riualta. et frater habebant vnum quartarium. paurum (*sic*) minus et illud quartarium tenebatur a comuni de alba in feudo. Set comune de alba modo habet ad doneum partem Cunradi et fratris. Raimundus de sancta uictoria. et Molli. habent tercium vnius quarterii de medio de quo tercio. Raimundus. habet. IIII. partes quas a comuni in feudo tenet. Et Molli. tenent. a comuni de alba. et de aste. vnum nouenum. quod erat domini Martini de reuello. et domini vberti. et tres partes ipsorum Mollorum sunt alodium. Albericus borellus tenet vnum sedimen. quod fuit h e n r i c i (15). ad duos denarios pro ficto. et Cunradus ei dedit. Otto mollis tenet. II. Jornatas. terre. et Mediam. ad pratum

---

(13) *Lo spaziato è in sopralinea.* (14) F. *266 v.* (15) henrici *è in sopra-*

barbanum. coheret. strata. Molli. et erat de parte henrici fratris cunradi. Mainfredus mollis et frater tenent. ex parte Cunradi. I. Jornatam. terre ibidem Coheret henricus gastaldus. Johannes Meliacia. Jtem Otto et nepotes tenent de isto feudo. I. dis[natoriam] terre ad geneuretum. Coheret. Riuus. Comune. Rainerius de teuoleto tenet. I. peciam terre de isto feudo. Coheret. belia. Gandulfus. et Matheus. Jdem Rainerius. Bertholomeus baiamundus. tenet. II. pecias terre. ad cerrium. via vadit per intus. et Reddit. II. denarios sine fidelitate. et est de isto feudo. Petrus crauerius tenet de isto feudo. vnam peciam terre. ad Moliam dolentam quam emit A Cunrado. et valet. x. libras. coherent Molli. et Reddit fictum sine fidelitate. Jtem. I. vineam in serra sacheta de isto feudo quam emit a Cunrado. et Reddit. VI. denarios sine fidelitate. Sicardus eius frater. ibidem. et eodem Modo tenet. aliam peciam. Willelmus de fontana. et Johannes musus tenent de isto feudo. I. disnatoriam. terre in gramaneto. Coheret Nicolaus abbas. et Reddit. II. denarios comuni sine fidelitate. quam Otto Mollis claua(16)rius vendidit precio. x. solidorum. et Raimundus Mollis habuit denarios. Otto tonsus tene(n)t de isto feudo. vnum Ortum ad planchetam. Coheret via. et Red[*dit*] vnum caponum. Jtem. ibidem. I. disnatoriam. terre. sine fidelitate. Obertus piscator tenet. I. disna[*toriam*]. de isto feudo in duobus locis. et debet facere fidelitatem comuni.

§ De praiarolio.

Comune de alba habet in praiarolio. quod Omnes homines de praiarolio sunt ciues albe de suo alodio. et pauci homines erant in praia[*ro*]lio qui non haberent alodium. et comune de alba emit A censoldis. et ab aliis ciuibus de alba ius quod habebant in praiaRolio. Jn contitu. Jurisdiccione. aquaeo et pascaeo. et omni alio modo. Dominus valfre (*sic*) pro filio cuius tenent costancii. erat ciuis albe ex eo quod ibi habebat. Costancii Acceperunt (17) de uiis praiarolii. cum Roca. bene. circa. XII. Jornatas. terre. Nielli acceperunt de pascuo. I. disnatoriam.

§ De colonberio.

Colonberium est de feudo quod comune tenet ab episcopo. et comune Modo ibi habet ad doneum totam conam. et omnes Rocas castelli. et Castellum. et Canpariam. et fidelitatem eorum qui ibi habent possessiones quibus non uenditum est a comuni.

---

linea, sopra Cunradi *cancellato.* (16) F. 267 *r.* (17) F. 267 *v.* (18) *Il dittongo è in* R.

§ De Vriolio.

Comune habet in vriolio. hoc quod bergognonus parasacus. et frater. et Arnaldus ferramenta. et Balduini. habebant. Jn hominibus vriolii. contitu. Aquaeo et pascaeo. et Jurisdictione. et totum hoc quod dominus Mainfredus de busca. ibi habebat Jn castello et villa. videlicet. fidelitatem illorum de palacio. et Willelmi grixii pro Medietate illius tocius quod ibi habebat quod totum Mascarus de strata tenet. Omnes de Vriolio et filii ferracani sunt ciues.

§ De Murra

Obertus vercius tenet illud quod Marchio de saluciis qui tenebat a comuni habebat. Jn Marcenasco. Et ex ea terra que dicitur Marchisana. Anselmus cerratus tenet. I. Jornatam. Jn plano de Vlmeta. Coheret strata. Riuus a duabus partibus. SisMondus de domino petro. Obertus capitalis ex ea terra tenet. duas pecias Jn prato dolento. vni coheret Riuus. Jdem Obertus. Alii coheret. (*sic*)

Ogerius de Marcenasco. et albertus fratres. tenent pratum quod dicitur Marchionis. Obertus Marescotus tenet ex ea. [*terra*] I. Jornatam. et Mediam.

(17) Regisoli. I. peciam terre. et prati. ex terra Marchixia in pratis de moliis. cohere[*n*]t dicti fratres. Jacobus craua. Jtem. I. peciam terre. Cui coheret. via. Riuus. Jtem dictus Ogerius. et albertus tenent ex ea terra. I. peciam. cohere[*n*]t batitores.

Marchio de saluceis habet. tercium tocius contitus de Marcenasco.

Dominus Willelmus de Marcenasco tenet a comuni de alba totum hoc quod habet in Marcenasco. Willelmus de pruneto tenet ex terra illius feudi plantarium. quod fuit ipsius Willelmi amathafami. Jtem. I. sedimen in canplano.

Anselmus cerratus ex isto feudo. tenet vnum pratum ad Riuum de Jorgio. coheret via. Jtem. I. pratum ad cerretum de prausta. coheret Riuus. Jtem. I. peciam terre ad clusam. coheret. via. Clusa. Jtem v[*n*]am. peciam terre. Ad braidam de piro. Jtem. Vnam peciam terre. Ad pasaotum souerium. coheret Marescotus. Nicholaus de bublo. Clusa.

Bonifacius curradengus. I. peciam terre in prato longo. coheret. Clusa. via. Jtem I. peciam terre ad Riuum medianum. coheret Willelmus de pruneto. via.

Barosus de gruncianis. V. Jornatas in duobus locis ad braidam de piro. coheret. Riuus medianus. Soror Baroxi. I. Jornatam Jbidem.

Eius filius tenet ad doneum de isto feudo. totum hoc quod [*habet*] in Marçenasco et Murra. Castello. et villa. et totum hoc quod habet in barolio. Castello et villa. Jtem. I. peciam terre. Jn çinçano et vnam ad

castellarium. Jtem. I. peciam terre. Jn costa(m) de castello. Jtem. II. pecias terre. Jn prausta. Jtem. I. peciam bosci. via vadit per intus.

Nicolaus de bublo tenet in feudo a comuni de alba. totum hoc quod habet. et tenet in Marcenasco. et Murra. et Barolio. et eorum Curtis. et fuit domini SisMondi.

Jacobus craua tenet de terra istius feudi. I. peciam terre in albignaras. coheret Guigus. Nicholaus de bublo.

Rufinus de monæstarolio (18). Reddit anuatim comuni de alba. v. solidos ex eo quod habet in marcenasco.

CCCCL. [s. d., ma certamente 1225] (1).

[*Capitula*].

(2) Si quis iurauerit se non habere vnde soluat nisi de rebus inmobilibus liceat creditori Ostendere (de rebus) potestati uel iudici de rebus Mobilibus uel inMobilibus debitoris. et potestas teneatur ei eas in solucionem dare uel dari facere. Cum autem quis dictum sacramentum. faceret. potestas teneatur uel iudex tantum de rebus suis facere preconari voce preconis. tribus dominicis continuis per ciuitatem ad uendendum vnde creditori posset satisfieri et plus oferenti dentur nisi creditor eodem precio in solutum recipere uoluerit. et SJ potestas alium emptorem non inuenerit teneatur [*dare*] tantum de eis rebus debitoris sub extimacione duorum hominum in duobus denariJs (3) pro uno. qui nichil creditori uel debitori uel eorum vxoribus attineant in solutum nomine vendicionis creditori quod ei suficiat. et quod creditor bene quietus sit nisi sit vxor cui dos detur ita quod solumModo tantum quantum fuerit dos eius detur ei. Et Si alicui vxori quondam soluta fuerit dos ultra quam fuerit dos reuocetur per potestatem uel iudicem instante Aliquo creditore ut habeat. ipsa tantum simplum seu extimacionem tantum dotis. et hoc non possit remoueri. Et potestas teneatur iurari facere sequentibus potestati uel consulibus. et in rigesto ponatur tali Modo quod non liceat deinde debitori Aliqua ingenii subtilitate usque ad tres Menses reuocare. Et si non reuocaret et debitum non solueret usque ad tres Menses firma sit vendicio et cum omni lucro Medii temporis et omnibus expensis quas fecerit creditor pro recuperando debito. transactis uero tribus Mensibus quociens

(1) *Infatti il f. 268 si riattacca direttamente al f. 263, come si è mostrato nell'*Introduzione. (2) F. 268 *r. Qui ricomincia la scrittura del notaio Guglielmo Bonanato.* (3) R: denariJs *è corretto su* denarios

debitor eum Molestauerit de predicta vendicione potestas teneatur ei auferre centum solidos pro qualibet uice.

Jtem potestas teneatur si uidebitur conscilio facere exaltari et supleri turrim nouam que est in castro Monfortis.

CCCCLI. 3 marzo 1225].

[*De citaynatico Raimundi de Busca et Bouerii de Monestairolio*].

(1) (S. T.) Anno a natiuitate domini. Milleximo ducentesimo vicexim quinto die lune tercio die mensis marcii. Jndictione terciadecima. Jn pleno conscilio more solito per canpanam supra voltas sancti Laurencii congregato Dominus Raimundus de busca constituit se ciuem albe. tali modo quod ipse dominus Raimundus pro illo citainatico teneatur emere domum unam precio quinquaginta librarum in ciuitate albe hinc usque ad Annum vnum nisi remanserit licencia potestatis et conscilii et teneatur dare fodrum de ducentis libris quociens fodrum uniuersale colligeretur per ciuitatem albe pro expensis que de cetero fient. et stare ipse uel eius filius Jacobus cum uno equite uel tenere duos equites in ciuitate albe (2) si ipse uel filius non possent ibi stare in ciuitate albe tempore quo ipsa ciuitas gueram habuerit propter quam teneatur milicia(m) uniuersaliter a comuni ipso habente pro se et socio uel equitibus quos mitent. habentibus scontrum milicie sicut alii milites haberent a comuni tali mòdo quod iure predicti citainaticj dictus dominus Raimundus non teneatur facere racionem de preteritis coram potestate uel alio Rectore ciuitatis albe nisi sicut erat ante et potestas non possit ipsum punire de maleficiis nec cohercere nisi de his que faceret in ciuitate albe seu posse et districtu. Jtem dictus dominus Raimundus exaltabit turrim de fraueis per duas domos uel tres. hinc ad festum sancti Laurencii proximum. ipso habente a comuni libras. quindecim pro calce et prestante bonam et ydoneam caucionem quod dictam turrim exaltabit uel exaltari faciet ad predictum terminum ut supra legitur tali modo quod si plus aponeretur de calce in predicto opere quam ascenderet summa quindecim librarum. solidorum. II. pro modio albe. quod debea[*n*[t a comuni dari predicto domino Raimundo solidi. II. pro modio albe preter. predictas libras quindecim. Et si minus intraret teneatur ipse dominus Raimundus restituere comuni de illis libris quindecim id quod minus esset. Jtem Bouerius de monestairolio constituit se ciuem albe. tali modo quod pro illo citainatico dabit fodrum de quinquaginta libris eodem modo

(1) F. 268 *v*. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) ipsJ *è corretto su*

ut supra legitur et non teneatur facere racionem de preteritis coram potestate nisi sicut ante erat. Verssa uice dominus Lanpugnanus marcell[i n u s] potestas albe uice et nomine comunis albe et conscilium eiusdem ciuitatis promissit ipsJ (3) domino Raimundo quod ipse potestas et comune albe non permitet imo prohibebit quod aliquis qui stet super eo quod ipse dominus Raimundus tenet a comuni in feudo ueniat facere continuum habitaculum in ciuitate albe uel alibi in castris uel vi[*l*]lis uel posse comunis albe Jtem dictus potestas et conscilium nomine dicti comunis promisit saluare defendere Juuare dictos dominos Raimundum et Bouerium et eorum homines et res tanquam ciues habitantes in alba. Et hec omnia acta sunt saluis ueritatibus *(sic)* conuencionibus et pactis de quibus estant instrumentum seu instrumenta et in sua firmitate durantibus Jta quod ea que in illis instrumentis continentur firma obseruentur. Jtem (4) actum est in dicta coniuncione quod potestas uel consules teneantur facere iurare capitulatoribus comunis albe quod ipsi aponent in volumine capitulorum super quod iurabit potestas uel consules ut omnia predicta obseruentur verssus dominum Raimundum (5) et nullum fiat capitulum contrarium et si fieret capsum habeatur et hoc teneantur potestas et consules facere iurare anuatim sequentibus potestati uel consulibus. Et hec omnia dictus dominus Raimundus atendere et obseruare iurauit si deus eos adiuuet et sancta dei euangelia Nomina illorum de conscilio sunt ista. Rogerius cairoxius rector. Albertus cunrengus. Marus foacia. Robertus de morocio Ogerius de ponçiis. Willelmus aleus(6). Ansaldus de prioca. Otobonus de sauiliano. Jordanus oculus de capra. Willelmus niellus. Ogerius latro. Oto falopus. Robaudus de plobice. Johannes de leueça. Jacobus pace. Simiomus. vbertus capitalis. Obertus baercus. Anricus de castello. Garellus. Anricus ceratus Odinus de p[*l*]obice Mascarus de la strata Saluus de la porta. Anselmus crescençus. barixius. Mainfredus comes. Rufinus de niue. Anselmus ceratus. Guillelmus de p[*l*]obice. Nicolaus numentonus Ogerius balbus. Otto costancius. Guillelmus salicus. Paçoe *(sic)* de moroço. Ricobonus natarellus. Aldus botacius. Pinardus. Botus de rodo. Obertus plantaporus. Obertus feramenta. Aurilis de nouello. Albertus arcator. Willelmus niellus. Marencus balasterius *(sic)*. Albertus floretus. Mainfredus oculus capre. Willelmus numentonus. rollandus mucalupus. Willelmus de ca[*l*]uençana. Anricus de barolio Rufinus becarius. Tebaudus costancius. Rufinus cunrengus. petrus de riaçolio. Girardus costancius. Willelmus marinascus Bonus Johannes de niue. Anricus arge[*n*]ta. pellerinus ceuolla. Bergoncius pu-

---

ipse (4) F. 269 *r.* (5) *Segue cancellato*: et bouerium (6) aleus *è cor-*

gnus. Anselmus de dona çachara. Opiço balduinus. Oto rapa. Willelmus bonanatus Jacobus fantinus. Willelmus de pruneto. Fulcus ceratus et Oto garocius. boninus sgrassus (*sic*). Cunradus oculus capre. Jacobus de ture. Mainfredus pinçolius. Otto mollis. Simiomus pitator. Rufinus de neueis. Russus ratorum Obertus marescotus. Willelmus rubeus de calamandrana. Caretus façilius. Pignolius grossus. Otto letterius. Et plura instrumenta uno tenore fieri sunt rogata. Jnterfuerunt testes Anricus follis et Rogerius cairoxius et Cunradus oculus de capra. et Ogerius de marcenasco et bergoncius pug[*n*]us

(S. T.) Ego marchixius sinistrarius notarius sacri palacii. Ac missus domini Otonis imperatoris atque publicus scriba comunis albe interfui et scripsi

(S. T.) Ego autem Guillelmus bonanatus notarius auptenticum huius exempli uidi et legi et ita ut in illo continebatur ita in isto scripsi plus minusue preter punctum literam uel silabam que tamen non mutant Significacionem. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(8) (S. T.) Ego Jacobus africandus notarius uiso et intellecto autentico huius exempli cognoui quod in illo plus minusue non continebatur quam in isto subScripSJ .·,

(9) (S. T.) Ego Bonifacius bonanatus Notarius uiso et intellecto autentico huius exempli cognoui quod in illo plus minusue non continebatur quam in isto. ScripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

CCCCLII. [27 o 28 giugno 1225] (1).

[*De vendicione Oberti spelte*].

(2) (S. T.) Anno dominice Jncarnacionis Millexximo ducenteximo vicexximo quinto die ueneris quarto die kalendas iulij Jndictione XIII (3) Jn presencia Oberti cunrenghi qui dicitur guercius et Cunradi oculi de capra et Ogerii. de marcenasco testium vendicionem ad proprium libere et absolute ab omni honore et condicione fecit Obertus spelta ciuitatis albe Jn dominum Lanpugnanum marcellinum potestatem albe uice et nomine comunis albe. nominatiue de medietate pro indiuiso unius domus iacentis in alba in vicinia sancti damiani cui coheret domus que fuit quondam Odecioni de la porta patarini. punghe et murus ciuitatis Jta ut dictus dominus lanpugnanus potestas nomine dicti comunis seu ipsum comune de cetero habeat et titulo emp-

---

retto su aleum (7) *Segue cancellato*: albe (8) *Quanto segue è di altra mano.* (9) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il* « IV Kal. julij » *1225 era di sabato, non di venerdì. Forse il notaio non computò il giorno delle calende.* (2) F. 269 *v.* (3) *Lo spaziato è*

tionis possideat medietatem pro indiuisso suprascripte domus pro precio L. librarum astensium quas confessus fuit ille Obertus se accepisse a prefato domino lampugnano ex parte dicti comunis renunciando excepcioni non numerate peccunie. Jnsuper ille Obertus venditor promisit et gaudiam dedit obligando omnia sua bona pignori eidem domino lampugnano nomine dicti comunis pro defendenda et guarentanda ei nomine comunis dicti siue eidem comuni et cui dederit medietate[*m*] pro indiuisso suprascripte domus ab omni homine omni tempore usu et racione ut venditor emptori. Et constituit se nomine comunis dicti Medietatem suprascripte domus possidere. Jnsuper quoque domina Sibilia vxor illius Oberti ipso Oberto ei consenciente confitens se bene securam esse de dote sua super aliis bonis illius Oberti uiri sui renunciauit omni iuri dotis. quod habebat et ei pertinebat in medietate predicte domus Cedendo dando. Mandando eidem domino lampugnano potestati nomine dicti comunis siue eidem comuni omnia iura et omnes acciones. raciones et exceptiones sibi conpetentia et conpetentes in ipsa et pro ipsa Medietate pro indiuisso suprascripte domus. Jnsuper quoque dictus Obertus ad maiorem cautelam sacrosanctis euangeliis corporaliter tactis iurauit quod hanc vendicionem omni tempore ratam et firmam habebit et quod nullo tempore contraueniet

(S. T.) Ego Jacobus cuminus notarius domini Ottonis Jmperatoris et tunc publicus scriba comunis albe tradidi et Scripsj

(S. T.) Ego autem Guillelmus bonanatus notarius auptenticum huius exempli vidi et ita ut in illo continebatur ita et in isto ScripSJ preter punctum literam uel Silabam que tamen non mutant Significacionem. *(nt) (nt) (nt)*

(4) (S. T.) Ego Jacobus africandus notarius uiso et intellecto autentico huius exenpli cognoui quod in illo plus minusue non continetur quam in isto quare subScripSJ .;

(5) (S. T.) Ego Bonifacius bonanatus notarius (3) cognoscens ita verum esse subScripSJ *(nt) (nt) (nt)*

CCCCLIII. [13 o 14 luglio 1225] (1).

[*De vendicione Albrici de gouono*].

(2) (S. T.) Anno dominice. Jncarnacionis milleximo ducentexximo viceximo quinto die dominico. XIIII. die intrante Julio. Jndictione XIII. Jn presencia Guillelmi crespi et Jacobi fantini et Opicionis bauduini

---

in sopralinea. (4) *Quanto segue è di altra mano.* (5) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) *Il 14 luglio 1225 era di lunedì, non di domenica. È dunque errato*

et Anselmi cunrenghi et Mainfredi de rodo testium. vendicionem ad proprium fecit Albricus filius quondam siboni de gouono ciuis Albe. Jn dominum lanpugnanum marcellinum potestatem albe uice et nomine comunis albe nominatiue de medietate pro indiuisso unius domus iacentis in alba Jn vicinia sancti damiani cui coheret domus que fuit condam Odeçoni de porta patarini. punge et Murus ciuitatis pro precio. librarum. L. astensium quas confessus fuit ille Albricus ab ipso domino Lanpugnano nomine et ex parte dicti comunis accepisse renunciando exceptioni non numerate peccunie. Jnsuper dictus Albricus venditor promisit et gaudiam dedit obligando omnia sua bona pignori eidem domino Lanpugnano potestati nomine dicti comunis pro defendenda et gaurentanda ei uice dicti comuniS seu ipsi comuni ab omni homine omni tempore usu et racione predictam Medietatem pro indiuisso suprascripte domus Et constituit se nomine dicti comunis eam possidere. Jnsuper domina Mateuda vxor eius confitens se bene securam esse de dote sua super aliis bonis illius viri sui consensu eiusdem viri sui et Opicionis maleti patris eius renunciauit omni iuri et auxilio usus et legis sibi aliquo iure uel modo competenti in ipsa et pro ipsa domo. Cedendo dando mandando eidem domino Lanpugnano potestati nomine dicti comunis omnia iura et omnes acciones et raciones sibi competencia et competentes in ipsa et pro ipsa domo.

(S. T.) Ego Jacobus cuminus notarius domini Otonis imperatoris et tunc publicus scriba comunis albe interfui et rogatus scripSJ

(S. T.) Ego autem Guillelmus bonanatus notarius auptenticum huius exempli vidi et ita ut [*in*] illo continebatur ita et in isto ScripSJ preter punctum literam uel Silabam que tamen non mutant significacionem. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

(3) (S. T.) Ego Jacobus africandus notarius uiso et intelecto autentico huius exenpli cognoui quod in illo plus minusue non continebatur quam in isto quare subScripSJ .·,

(4) (S. T.) Ego Bonifacius bonanatus Notarius cognoscens ita verum esse subScripSJ (*nt*) (*nt*) (*nt*)

CCCCLIV. [s. d., ma probabilmente 1243-1244].

[*Nomina bannitorum tempore domini Leonis de ceua et domini vgonis clari*].

(1) § Jsti sunt bandeçati tempore domini. Leo[*nis*]. de ceua. albensium. potestatis. et domini vgonis clari.

---

il giorno del mese o quello della settimana. (2) F. 270 *r.* (3) *Quanto segue è di altra mano.* (4) *Quanto segue è di una terza mano.*

(1) F. 270 *v. Qui comincia una nuova mano.* (2) *Tutto questo alinea*

§ Quoniam Petrus de turrixella de monforto fuit incusatus occidisse Obertum uacium. et requisitus pluries et preconatus ut ueniret coram potestate ad Se deffendendum (et) non uenit ideo predictus dominus Leo potestas. condempnauit ipsum. secundum formam capituli. in banno — L. librarum. de quo non exeat quousque soluerit predictas libras L. (2)

Quoniam Opicius de costa ungaresca fuit incusatus occidisse Obertum uacium. et requisitus pluries et preconatus ut ueniret coram potestate ad se deffendendum (et) non uenit. ideo. predictus dominus Leo con-[d e m n a u i t]. ipsum secundum for[m a m] capituli. in — L. libris de quo non exeat quousque soluerit eas comuni.

Quoniam Garellus de pollencio. et Raimundus et Nicolaus eius fratres. interfecerunt Raimundum filium Jacobi de pollencio. et requisiti per Jacobum scachetum. et preconatum *(sic)* per henricum preconem comunis ut uenirent ad deffen[*den*]dum (et) non uenerunt. ideo predictus dominus Leo. potestas condemnauit ipsos. quisque eorum. secundum. for[m a m]. capituli in — L. libris. de quo non exea[*n*]t quousque soluerint eas comuni.

Quia domini infrascripti. silicet. Abas de manciano. et Sis[m u n d u s]. de siifredo. et Nicolaus. et henricus. cignetus. et henricus turcus. et Jacobus gascus. prohibuerunt hominibus albensibus ne ducerent trabes que erant braentino per flumen tanagri in alba[*m*]. (et) que trabes erant comunis albensis et uolebant ducere ad reffectionem sancte uictorie. et fecerunt eisdem albensibus iniuriam Jta quod penitus illas trabes relliquerunt ita quod Comune eas amisit et predicta reputata fuerunt in dedecus comunis albe. ideo dominus vgo clarus. albensium potestas. uoluntate omnium consciliatorum per canpanam congregatorum. preceperunt *(sic)* suprascripta ad memoriam retinendam Comuni albe ut in regesto deberent poni predictas *(sic)* offensiones

(3) Quia vidacius de uasco fregit uel frregi *(sic)* fecit Molas Molandinorum braentini et postea conbuxit uel conburi fecit ipsa Molandina. et inde pluries fuit citatus et perentorie litteris comunis sigillatis ut se representaret coram domino vgone predicto. potestate. albensium. ad deffendendum et uenire negressit *(sic)* nec missit responsalem. ideo predictus dominus vgo. condemnauit ipsum vidacium (4) in banno. C. librarum. de quo non exeat quousque eas soluerjt (5) comuni albe. et si quis albensis interim daret ei conscilium uel iuuamen uel haberet se[*cum*] colloquium palam uel priuatim soluat pro banno. comuni albe quociens fecerit. X. libras. et quilibet teneatur accussare et quicumque inde uoluerit habere instrumentum habeat.

è riscritto su raschiatura. (3) F. 271 *r.* (4) *Segue cancellato*: in. C. libras (5) soluerjt *è corretto su* soluat

CCCLV. [1245].

[*Nomina bannitorum tempore domini Rufini Gambarini*].

(1) § Anno domini a natiuitate MCCXLV. Jndicione tercia.

Jsti sunt bandeçati positi Jn registro tempore domini Rufini Gambarini potestatis albe

Quoniam Willelmus bonuspetrus. cum esset notarius comunis cassauit quamdam condempnationem Otonis macij et Jacobi loterii qui erant condempnati. Jn concione publica. quilibet solidorum v et super illa condempnacione scripsit quod cassata erat quia scripta erat per erorem quod falsum erat sicut ipsemet Willelmus confessus fuit et quia dictus Willelmus malo modo et fraudolenter se habuit pluries. in suo officio et propter hoc Jurauit stare mandatis. potestatis cui precepit potestas quod faceret securitatem librarum x Clauario et non fecit et requisitus. per plures nuncios comunis vt veniret coram potestate (et) non venit Jdeo potestas ex licencia et auctoritate sibi data comuni consilio de puniendis illis qui fraudolenter se haberent Jn suis officiis tempore sui regiminis condepnauit eum in libris. x.

Quoniam bonauia secamelia rixabatur in quodam exercitu facto ad braidam cum hominibus de cairasco Occasione cuiusdam predacionis et extrassit spatam verssus dominum Willelmum de resto vicarium in carasco dominj Rufini Gambarini potestatis albe et caraschi qui diuidebat ipsum bonauiam rixantem ab hominibus de carasco ita quod ipse bonauia dedit in baculo de spata quam ipse dominus Willelmus habebat in manu et preconatum est tribus vicibus et citatus ad domum in qua morabatur vt veniret coram potestate et non venit canpanis pulsatis per hoc ad concionem Jdeo potestas pro preconacionibus et citacionibus condempnauit eumdem Bonauiam Secundum formam capituli in — solidis xxx.

Jtem pro dicta Jniuria et percucione quam fecit verssus dictum dominum Willelmum condempnauit dictum bonauiam Secundum formam capituli — in libris xv

Jtem quia dictam rixam fecit coram domino Rufino potestate albe con[*dempnauit*] eum. bonauiam secundum formam capituli. in solidis xx. (2)

(3) et quia fecit eam in exercitu facto ad braidam ideo condemnauit eum secundum formam ordinamenti facti de caualcatis in allijs solidis xx.

---

(1) *Comincia una nuova mano.* (2) *In fondo al foglio, nell'angolo destro, sono scritte l'una sotto l'altra le parole*: Confitemini / Confitem / Anni do-

Quoniam dictus bonauia in predicta rixa. et exercitu vulnerauit cum spata Willelmetum filium stefani asinarii in Ganba et preconatum fuit tribus vicibus per ciuitatem et requisitus ad domum vbi morabatur per nuncios comunis ut veniret coram potestate et non venit Jdeo potestas. secumdum formam capituli condempnauit eum in — libris xv.

et quia fecit dictam rixam cum percuxione in caualcata siue exercitu predicto facto ad braidam condempnauit eum secundum formam ordinamenti factj de caualcatis in aliis — libris xv

Quoniam henricus clericus de mura surripuit boues filiorum condam Alberti cenexii extrahendo eos de nocte per spaudos ville mure pro quorum reddicione habuit solidos. c. a matre predictorum filiorum Jdeo potestas secundum. formam capituli. condempnauit et ponit eum in banno. librarum. l.

Albertinus filius vicini de rodello et henrietus filius Rodelli priMij (*sic*) et Willelmus filius Jordani(s) vischardi de rodello interfecerunt cogitata (4) mente Obertum rubeum de fulcemagna tunc laborantem in fossatis comunis ville (5) Rodelli et dicti filii tunc starent et habitarent cum predictis patribus silicet quilibet cum suo patre sicut probatum est per testes. Jdeo potestas secundum formam statutj albe çondempnauit que[*m*]libet predictorum patrum — in libris. l. et predictj filii sint in predicto banno et banitj et expellantur a ciuitate albe et posse et expulssi [*et*] banitj teneantur a dicta ciuitate et posse in perpetuum quousque predictum bannum solutum fuerit et cum propinquioribus interfectj secundum formam capituli. concordatj fuerint (6).

soluit bonuspetrus pautrerius pro bano Willelmi filii Jordani pro rebus mobilibus quas emit. de bonis dictj Jordani solidos. l. et postea soluit libras xvj et Jta cassum est tantum in libris xviij solidis. x. de quibus libris xviij solidis x soluit Turconi bellancio libras xvj. (7) vicinus et Rodellus soluerunt in totum et Jdeo in totum debet ea condemnacio cassarj. et de bano sunt exentj et eorum filij excepto quod ipsi filii non aude[*a*]nt stare in ciuitate nec posse nisi se. (et) concordauerint cum propinquioribus interfectj.

§ (8)

(9) Quoniam Obertus panparatus de rodo filius Willelmi Judicjs fuit accusatus fuisse in asaltu facto ad locum piani de nocte et Jnterfecisse in dicto asaltu Obertum de monteforto et eius vxorem et preconatum

---

mmj (3) F. 271 *v.* (4) R: congiutata (5) R: villa (6) *Quanto segue è in margine.* (7) *Le parole* de quibus...xvj *sono in fondo, dopo* interfecti, *con richiamo a* solidis x. (8) *Segue cancellato*: Quoniam pa-

fuerit per barauallium (10) preconem comunis ut veniret coram potestate pro predicto maleficio et non venit Jdeo potestas condempnauit eum Secundum formam capituli. in libris. c. de quo non exeat nisi prius soluerit et se concordauerit cum amicis Jnterfectorum.

Jtem quia in dicto asaltu fecit robariam et accusatus fuit surripuisse ibi de notario paioto de morocio LXV. oues et probatum legitime et preconatum fuit vt supra et non venit Jdeo potestas condempnauit eum. pro predicto maleficio in — libris. L.

et quod emendet predictas oues paioto suprascripto secundum formam capituli.

CCCLVI. [26 luglio, 5 agosto e 8 novembre 1248].

[*Nomina bannitorum tempore domini Ose de caneua noua*].

(1) § Hec sunt banna et condepnaciones data et facte per dominum Osam de caneua noua Jmperialem potestatem Albe anno. M.CC.XLVIII. Jndictione. VI.

Die dominico. XXVJ. Julij.

Quoniam Wilelmus guercius becarius percuxit Ogerium syolfum de cultello longo in capite et inde sanguis exiuit et propter hoc requisitus fuit ut ueniret coram domino Rufino treçio iudice et assessore potestatis predicti et non venit et postea occasione predicta preconiçatus fuit in banno et in ipso banno cucurit: ideo potestas secutus formam capituli condempnauit eum in (2) libris. XV.

Et stet extra ciuitatem per unum annum non reuersurus nisi prius fuerit in concordia cum dicto ogerio syolfo: et bannum soluerjt (3) suprascriptum

Eodem anno die mercurii. v. intrante Augusto

Dominus Ossa de caneua noua Jmperialis potestas albe possuit in banno perpetuali ipsius comunis: Rufinum capram filium ansermi capre. pro eo quod ipse Rufinus uulnerauit et interfecit Robaudum çacha[rengum] filium Thomai çacha[renghi] de quo banno non possit exire nec extrahi nisi prius se concordauerit cum propinquioribus dicti Robaudi çacharenghi interfecti.

Eodem anno die dominico. VIII. mensis nouembris

Quoniam Monfortinus et Nassus filius Ansermi fiacii percusserunt et interfecerunt in strata publica subter maglanum Oliuerium sella-

---

ganus filius (9) F. 272 *r*. (10) *Segue* nūc *cancellato*.

(1) F. 272 *v*. (2) *Lo spazio bianco è in* R. (3) soluerjt *è corretto su* solueret

rium qui tunc ueniebat a ciuitate astensi et ipsum in dicta strata expoliauerunt bonis et mercibus suis. ideo dominus Osa de caueua noua potestas albe posuit eos in banno perpetuali comunis albe ita quod si aliquo tempore capti fuerint in alba et posse albensi. puniantur corporaliter ita quod moriantur

Eodem anno et die

Quoniam Galletus filius Henrici galegarii furtiue de nocte intrauit domum Jacobi de monte acuto et ipsum derobauit rebus pluribus cum quibus captus fuit in ast: ideo dictus potestas condepnauit eum in libris. L. Et ipsum in banno possuit comunis albe de quo non exeat quamdiu soluerit dicto comuni predictas. — libras. L. et restituerit dictum furtum dicto Jacobo de monte acuto.

CCCCLVII. [25 aprile e 1 maggio 1249].

[*Nomina bannitorum tempore domini Ose de caneua noua*].

(1) Milleximo Ducenteximo quadringenteximo nono Jndictione. VII. die dominico. VI. exeunte aprilis

Quoniam Nicola de rodo furtiue de nocte abstulit de domo Mainfredi de rodo situlam unam et caciam unam ualentes circa. solidos. III. et ipsas res furtiue ablatas restituit et assignauit Erbe moicie nuncio comunis albe cum dictas res precepto potestatis inquireret et occasione ipsius furti fuit preconiçatus in banno et in ipso banno cucurit. ideo dominus Osa de caneua noua Jmperialis potestas albe: secutus formam capituli condepnauit eum in (2) libris. XXV.

Eodem anno. die sabati primo intrante Madii

Quoniam vaxellus percuxit et uulnerauit grauiter de quodam falçono quem habebat in manu Ogerium bedeoculum et inde multum sanguis exiuit: et periculosum uulnus ei fecit: sicut est aperte probatum per testes: ideo dictus potestas secutus formam capituli condepnauit eum in libris. XV. Si de dicta percuxione non moreretur (*sic*) et non possit reuerti dictus vaxellus in ciuitate albe nec ab uno miliario prope: nisi prius dictum bannum soluerit et cum dicto Ogerio fuerit concordatus

Si uero dictus Ogerius de dicta percuxione et uulneratione morireturː dictus potestas condepnat eumdem vaxellum secundum formam capituli in — libris. L. Et ponit dictum vaxellum in banno perpetuali comunis albe. de quo non possit exire nec extrahi: nisi dicto banno

(1) F. 273 *r.* (2) *Lo spazio bianco è in* R.

soluto. et nisi fuerit in concordia cum propinquioribus dicti Ogerii bedeocculi.

CCCLVIII. [10 luglio 1436].

(1) Marchio montisferrati etc. (*sic*).

Carissime regrediuntur ad illam nostram Ciuitatem Albe Nobilles viri dilecti ciues nostri ipsius Ciuitatis Paulonus cerratus Thebaudus gastaudenghus et Matheus gambinus exhibitores presentium quos libenter Audiuimus. fuitque gratum nobis informari de illis nouitatibus que illic suborte erant⁄ vnde Auissamus uos sicut nostre intentionis est⁄ quod illa nostra Ciuitas regatur et gubernetur illis modis et formis quibus actenus regi et gubernari solita est. volumus insuper quod omnino exigi faciatis illud prestitum quod impositum fuit Et si quid in illa nostra ciuitate Jnnouari continget illud statim nobis Jntimetis⁄ Demum precipiatis francisco de boscho Anthonio de boscho et gilardo buaterio quatenus de presenti et sine mora Comparere debeant Coram nobis Datis montismagni x Jullij MCCCCXXXVI°.

Sapienti viro domino vicario potestatis
nostre Ciuitatis albe Carissimo nobis

Ludouicus

CCCLIX. [24 luglio e 1 agosto 1438].

JN nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem MCCCCXXXVIIJ. Jnditione prima die primo mensis augusti

Jn pleno et generali consilio comunis et hominum Ciuitatis Albe Conuocato et congregato Mandato Spectabillis et Eximij legum doctoris dominj Secondinj de natis honorabilis potestatis eiusdem Ciuitatis sono campane ter pulsato et voce preconia ut moris est Jn quo quidem Consilio Jnterfuerunt homines et Consiliarij infrascripti representantes dictam comunitatem et vltra duas partes credendariorum et Consiliariorum eiusdem generalis Consilij prefatus dominus secondinus potestas antedictus presentauit dictis Jnfrascriptis Credendarijs et consiliarijs. litteras Jllustrissimj principis et dominj dominj Marchionis montisferrati etc. (*sic*) Et sigillo prefati domini nostri sigillatas tenoris infrascripti.

Marchio montisferrati etc. (*sic*)

Nobilles et prudentes viri dilecti nobis Auditis vestris Ambaxato-

---

(1) F. 275 *r.* *I* ff. 273 *r.* e 274 *r.* e *v.*, *sono in bianco. Di qui, come è naturale, comincia un'altra scrittura.*

ribus dudum penes nos existentibus super diferentijs vtrinque vigentibus Ac diferencijs ipsis beneque mature *(sic)* discussis superinde adhibuimus certam ordinacionem et formam' quam Egregius legum doctor dominus Secondinus nata' dilectus vicarius noster ac notarius illius nostre Ciuitatis vobis referet' Cui firmiter Credatis' Volentes omnino quod dictus noster ordo dictaque forma omnj prorsus ocaxione cessante seruentur datum Cassalis die xxiiij Jullij mccccxxxviij /

Nobillibus prudentibusque viris consilio et
ciuibus nostre Ciuitatis albe dilectis nostris

Ludouicus

Quorum sapientum in dicto Consilio generali existencium nomina sunt hec

Nobill. Anthonius borsauinus	Bertraminus de pergamo
Johannes Conradenghus	Anthonius de roloto *(sic)*
Anthonius de vicia	gilardus de sumaripa
Guliermus barixanus	Thibaudus cotus *(sic)*
Jacobus meinerdus	Anthonius de mandello (2)
Henricus richus	Johannes anzarius
Bartholomeus olarius	Jacobus cerratus
Manfredus ballator	Johannes maglanus
Johanellus de lomello	Petrus de prellis
guliermus scaturla (1).	Jacobus verrus
Francischus bergognus	Ogerius baxilius
ogerinus rauenus	Johannes de folla
Anthonius de altauilla	Anthonius de albareto
Thomas caluinus	Bartholomeus de baudiserio

Quibus literis apertis et lectis ac vulgarizatis de Mandato prefati dominj potestatis (3) in presencia dictorum credendariorum ad ipsorum omnium plenam inteligenciam' Jdem dominus potestas in exequcionem Comissionis sibi facte per prefatum dominum nostrum vigore dictarum litterarum retulit et dixit eisdem consiliarijs et credendarijs' Quod prefatus dominus Marchio Auditis et Jntelectis diferencijs suscitatis et eidem expressis parte quorumdam ciuium ipsius ciuitatis' Et ipsis plene et mature consideratis' pro tranquillo et pacifico statu et augumentacione ipsius ciuitatis' Decreuit voluit et ordinauit quod quamquam parte anthonij de vicia thesaurarij dicte ciuitatis fuerit solicite et cum instancia requissitus quod dignaretur prouidere quod ipse a dicto officio remoueretur et alius loco sui constitueretur' At-

---

(1) *I nomi sono disposti in tre colonne. Qui termina la prima.* (2) *Qui finisce la seconda colonna.* (3) F. 275 *v.*

tamen Jdem Jllustrissimus dominus Marchio Considerans hanc reuocacionem posse dampnum afferre dicte comunitati voluit et ordinauit vult et ordinat quod Jdem Anthonius in dicto suo officio perseueret ad et per menses sex proxime venturos Et demum finitis hijs sex mensibus quod Consilium ipsius Ciuitatis possit et valeat alium thesaurarium surogare et elligere gratum ipsi consilio Cuius officium duret et durare possit ad beneplacitum dicti Consilij et demum et successive valeat ipsum consilium ipsum thesaurarium elligendum reuocare et alterum loco sui surrogare ut supra./.

Jtem vult prefatus dominus Marchio et ordinat ut omnia absque scrupullo procedant quod racionatores comunis videlicet qui consueuerunt elligi per consilium priuatum dicte ciuitatis numero sex Elligantur per ipsum priuatum consilium iuxta solitum Et demum facta ipsa electione publicentur in generali consilio Quod consilium generale Eciam vltra electos per dictum priuatum consilium seu elligendos possit et valeat adere alios tres de ipso generali consilio' silicet vnum de maiori registro Alium de medio et alium de minore registro. Qui adiuncti cum alijs predictis electis per consilium priuatum possint et valeant Jnteresse ad carculandum *(sic)* et videndum raciones dicte comunitatis

Jtem voluit et vult prefatus dominus quod deinceps Aceptari non possit aliqua buleta extraordinaria et poni ad rationem et conputum dicte comunitatis nixi ipsa buleta signetur et signata sit sigillis elligendorum iuxta antiquas consuetudines dicte ciuitatis saluo quod si contingeret' quod deus aduertat' guerras suscitarj tunc secrete fieri possint ipse bulete Mandato dicti priuati consilij et Aceptari absque dictis sigillis vt secrecius conduci possint agenda

Jtem vult prefatus dominus quod dictum priuatum consilium possit et valeat nominare et elligere vnum et plures sindicos qui sindicus si gratus fuerit ipsi generali consilio confirmetur' cum potestate et bailia quam ipsum generale consilium tribuere volet ipsi sindico seu sindicis duraturis pro tempore grato ipsi generali consilio et ipsum sindicum mutare et reuocare ad beneplacitum eorumdem

Jtem vult prelibatus dominus quod Massarius seu Massarij dicte comunitatis Elligi possit et possint ad beneplacitum dicti priuati consilij et Confirmarj (et) seu etiam reuocarj

Jtem vult prefatus dominus et Mandat quod per ipsum dominum potestatem capiatur informacio de moribus et Consuetudini[*bu*]s seruarj solitis in dicta Ciuitate pro rodijs seu rossijs et carrigijs fiendis Mandato et ordinacione dicti priuati consilij Et quod iuxta ipsas consuetudines et mores Jndicantur *(sic)* precipiantur et fiant omnj exceptioni remota

Et predicta omnia et singula retulit prefatus dominus potestas Mandato et comissione prefati dominj Marchionis Cuius parte et Mandato Jdem dominus potestas precepit dictis dominis credendarijs et Consilio et per eos dicte comunitati quatenus predicta omnia et singula seruent et adimpleant omni exceptione et occaxione remotiS

CCCCLX. [20 e 23 agosto 1438].

(1) JN nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem MCCCCXXXVIIJ Jndictione prima die XXIIJ mensis augusti.

Jn pleno et generali consilio comunis hominum et vniuersitatis Ciuitatis Albe conuocato et congregato Mandato Spectabilis vtriusque Juris doctoris dominj francisci de bazanis Jllustrissimi dominj dominj nostri dominj Marchionis montisferrati etc. (*sic*) (ac) vicarij generalis et in hac parte comissarij specialiter deputati voce preconia et sono campane ut moris est ter pulsato/ Jn quo quidem Consilio erant plus quam due partes consiliariorum et credendariorum eiusdem generalis consilij/ representantes comunitatem dicte ciuitatis albe/ prefatus dominus franciscus presentauit dictis et infrascriptis credendarijs et consiliarijs in predicto consilio existentibus litteras prelibati dominj nostrj (et) sigillo dominj nostrj sigillatas tenoris infrascripti. Quorum consiliariorum nomina sunt hec

Nobill.	Paulonus cerratus	Anthonius de roloto (*sic*)
	Jsardinus borsauinus	Johannes anzarius
	Georgius gastaudenghus	Petrus de prelis
	Benedictus cerratus	Jacobus verrus
	Johannes conradenghus	Bertramus de pergamo
	Anthonius de vicia	Bartholomeus olarius
	Guilelmus barixanus	Gilardus de somaripa
	Franciscus bergognus	Thibaudus cotus (*sic*)
	Anthonius de altauilla	Anthonius de mandello
	Jacobus meinerdus	Guglielmus scaturla
	Johanellus de lomello	Ogerius baxilius
	Bartholomeus de baudiserio	henricus richus
	Anthonius de albareto (2)	Manfredus balator

Marchio montisferrati etc. (*sic*)

Nobilles prudentesque viri carissimi nobis Mittentes ad illam nostram ciuitatem Albe Egregium Juris utriusque doctorem dominum franciscum de bazanis dilectum vicarium nostrum presencium exhibitorem

---

(1) F. 276 *r.* (2) *I nomi sono disposti in due colonne. Qui termina la*

ibidem moraturum usque ad reditum Egregij vtriusque Juris doctoris dominj Secondini nate vicarij et potestatis nostrj dicte Ciuitatis Mandamus vobis quatenus in omnibus et singulis eidem obedire et credere debeatis. datum Cassalis die xx augusti MCCCCXXXVIIJ

Sapienti Nobillibus Prudentibusque viris
vicario consilio ac sapientibus ciuitatis nostre albe dilectis nobis
ludouicus

Quibus literis apertis lectis et vulgarizatis de Mandato prefati dominj vicarij et Comissarij in presencia dictorum consiliariorum et credendariorum ad ipsorum omnium plenam Jntelligenciam. Prefatus dominus franciscus vicarius et Comisarius in exequcione Comissionis sibi facte per prelibatum dominum dominum nostrum dictarum litterarum vigore retulit et dicit prefatis Consiliarijs et credendarijs quod prelibatus dominus noster salutat et ortatur omnes Ciues dicte ciuitatis. (et) quod attendere velint et debeant ad bonum et tranquillum ac pacificum statum ipsorum ciuium et dicte ciuitatis. Et quia iam isto mane prefatus dominus (3) franciscus vicarius habuit et Audiuit multas murmurationes hinc inde in populo etc. *(sic)* Jdem retulit idem dominus franciscus. quod prelibatus dominus noster: Jntencionis est Quod ipsa Ciuitas pacificet[*ur*] et regatur et gubernetur illis modis et formis quos et quas de Anno presenti et die primo mensis augusti instantis. consiliarijs et credendarijs dicti consilii generalis parte prelibati dominj nostrj retulit et dixit Spectabillis et eximius legum doctor dominus secondinus de natis eiusdem dominj nostrj vicarius generalis et potestas dicte Ciuitatis Et quos modos et formas prefatus dominus secondinus in scriptis redigi fecit (et) ut supra. legitur (Et) ad quam quidem rellacionem ut premictitur per prefatum dominum secondinum vicarium et potestatem antedictum factam. Jdem dominus franciscus vicarius et Comissarius antedictus se retulit et refert Jniungendo eisdem consiliarijs et credendarijs parte dominj nostrj prelibati ut ea omnia et singula in ipsa rellacione contenta obseruent et obseruare debeant omni exceptione et ocaxione remotis Et in quantum indignationem prelibati dominj nostrj timent et Cupiunt euitare Jntimando quod insuper eisdem quod qui contrafecerit contentis in rellacione antedicta sciat et certus sit se mandatis eiusdem dominj nostrj contrafecisse et venisse et ab eo atendere atque aspectare tallem punicionem condignam que ceteris alijs trans(c)iet in exemplum. Et demum se offerendo. Jdem dominus franciscus iuxta Comissionem suam morarj in dicta ciuitate vsque ad euentum prefati dominj secondinj.

prima. (3) F. 276 *v.*

Et toto suo pro posse ea omnia et singula cogitare. dicere ac facere et Exequi' que tendent ad honorem et agumentum status pacifici et tranquilli prelibati Jllustris dominj Marchionis et dictorum Ciuium etc. (*sic*) prout et sicut habuit in mandatis

Quibus Auditis et reuerenter Jntelectis pro parte dictorum consiliariorum et credendariorum gratias Jnmensas cum omnj reuerentia qua decuit prelibato domino domino nostro referentes qui sic benigne et graciosse dignatus fuit et est ad eos transmitere prefatum dominum franciscum Cui etiam gracias egerunt dictum(que) et expositum fuit et est nemine ipsorum in aliquo discrepante' quod ipsi consiliarij et credendarij antedicti et quantum ad ipsos spectat et pertinet prompti et parati sunt ac promptos et paratos se offerunt totaliter et libenti animo omnia et singula que pro parte prelibati dominj nostrj per prefatum dominum secondinum vicarium et potestatem antedictum eisdem dicta et relata fuerunt et sunt' Et que in dicta eius rellacione in scriptis facta continetur. Ac ipsi domino francisco credere et obedire et quecumque alia facere et exequi que fuerint et sint voluntatis et dispositionis dominj nostrj prelibati a qua quidem voluntate et disposicione nullatenus recedere volunt nec intendunt. Et prout hactenus per ipsos factum et obseruatum fuit.

CCCLXI. [29 agosto 1438].

Anno suprascripto [*mccccxxxviij*] die xxviiij mensis augusti Conuocatis et congregatis sapientibus consilij priuati comunis albe Mandato prefati dominj francisci de bazanis vicarij et Comissarij antedicti in domo dicti comunis et sono campane ut moris est pulsato et presentibus etiam Egregio et sapiente Jurisperito domino Jeronimo de paucaparte ex nobillibus cellarum vicario' Et nobilli petrino de natis colaterali prefati dominj potestatis albe Jdem dominus franciscus vicarius et Comisarius suprascriptus retulit et dixit prefatis sapientibus dicti consilij priuati se die xxvij mensis Jnstantis in exequcione Comissionis sibi per prelibatum dominum nostrum facte prohibitis prius et expresse omnibus et singulis de cetero cumulacionibus etc. (*sic*) Euocari et Congregarj pro vltima et peremptoria vice tantum permisisse in Capella sancti siluestri fabricata in ecclesia sancti laurencij maiori albensi omnes et singulos conqueri aut contradicere volentes consilio et gubernationj dicte ciuitatis et ibidem fuisse quamplures et multas personas numero circha. ccc. de populo varias querimonias et requissiciones etiam nouas diuersimode et oretenus facientes sed dictis eorum querimonijs factis debitis responsionibus iuxta sibi comissa per pre-

libatum Jllustrem dominum dominum nostrum etc. *(sic)* Tandem ut iuste conqueri non possent nec dicere aut allegare quod eis esset audientia (1) denezata. Cum eis conclussum fuit presentibus prefato domino vicario ac nobile Manfredo de florano et suprascripto petrino de natis colaterali antedicto. vt omnes nominatim et sigillatim eorum propria nomina et cognomina nominando et se subscribi faciendo per dominicum galianum eorum notarium elligere et nominare deberent quatuor aut sex ad plus ex suis confidentibus qui se reperirent personaliter presentibus prefato domino francisco vicario et Comissario ac suprascriptis vicario et colaterali cum ipsis consiliarijs dicti consilij priuati ad discuciendum et conponendum ac mature et pacifice terminandum dictas eorum querellas. Qua concluxione facta et dicto ordine dato Jpse persone per eorum nomina et cognomina scribi sese fecerunt per dictum dominicum galianum eorum notarium. Et in horum exequtione sponte et leta fronte pro eorum parte Elligerunt et nominauerunt Franciscum de bosco' guliermum arquatum xpistoforum de la crota Thomam pelacia[*m*] de mangano henricum chio et Marchionum polenzanum Ciues albe, quibus dederunt plenam et amplam potestatem et bailiam ac posse plenissimum sese premissorum ocaxione et etiam ipsorum nominibus representantibus (*sic*) maiorem partem et imo ut Affirmabant duas partes populi suprascripti dicte ciuitatis albe etc. (*sic*) reperiendi cum consiliarijs antedictis ac discuciendi conponendi et terminandi omnes et singulas eorum querellas et requissiciones' maxime nouas quas proponent et proponere volent nominibus suprascriptis. Et de premissis preceperunt fierj debere per eundem dominicum galianum ipsorum notarium publicum instrumentum unum et plura et quot necesse forent' Et ob premissa Conuocatis ut supra dictis sapientibus Consilij priuati' predicti franciscus de bosco guliermus arquatus Thomas pelacia. henricus chio et Marchionus polenzanus ut prefertur nominati et ellecti produxerunt et presentauerunt in scriptis coram prefato domino francisco vicario et Comissario presentibus suprascriptis dominis vicario colaterali et sapientibus dicti consilii priuati Capitulla seu requissiciones et querelas supradictas infrascripta et infrascriptas ac tenoris infrascripti dicentes petentes et fierj requirentes prout et sicut in dictis Jnfrascriptis capitulis seu querellis continetur et scriptum est (Et) que quidem capitula seu querelle continent (2) ut infra

Populus Ciuitatis albe petit statuta sibi obseruarj prout in suppli-

---

(1) F. 277 *r.* (2) *In* R *pare piuttosto* continentur (3) F. 277 *v.*

cacionibus. Jllustri domino nostro domino Marchionj presentatis continetur

Jtem quod rossie pontis et ficarum fieri debeant ad solidum et libram ut equalitas seruetur et pauperes vltra debitum non grauentur

Jtem quod de condempnacionibus quibuscumque redatur racio et computum per eos qui redere debent cum deputandis pro parte populi suprascripti

Jtem similiter de quibuscumque malis debitoribus dicti comuni exactis et exigendis

Jtem similiter de quibuscumque possessionibus et bonis distractis venditis et alienatis pro dicto comuni

Jtem similiter de quibuscumque bampnis pro guardijs falitis et aliis regardarijs ponendis in cepo comunis

Jtem quod Camparij non possint aliquem cogere. ad portas ad aliquod Juramentum prestandum sed eorum officium facere debeant Jtinerando per fines Ciuitatis predicte prout iura disponunt ire ne plures periurium Jncurrant vessati et paupertate ducti

Jtem similiter petunt ut elligantur duo boni et ydonei viri ad tenendum sigilla bulletarum quorum vnus elligatur pro parte populi

Jtem similiter quod non obstantibus statutis de officialibus comunis albe elligendis petunt quod duo de consilio priuato duo de populo mediocri qui non sint de consilio cum alijs duobus de populo minuto probi boni et ydonei viri de populIo nullum (3) officium comunis habentes (qui) possint et debeant quoscumque officiales dicte comunitatis elligere

Jtem similiter quod non obstante statuto super registris dicte comunitatis custodiendis edicto. debeant eligi alij duo probi virj et ydonei per sex suprascriptos deputandos ad custodiendum dicta registra et ipsa reficienda.

Jtem quod dicta registra comunitatis albe reaptentur et reconcilientur per dictos sex ad hoc elligendos ut supra

Jtem quod si que alia statuta in volumine statutorum dicte ciuitatis consueto sint Jniusta Jniqua uel Jnutilia petunt illa reformarj prout in supplicacionibus de quibus supra fit mentio et plenius continetur Et ut ciuitatis ipsa optimum suscipiat Jncrementum etc. (*sic*)

Jtem similiter quod de grano et spiata (*sic*) captis super finibus albe loco dicto ad donium plane siue in confulcio vrmete (*sic*) (de quibus) petunt sibi fieri racionem

Jtem petunt quod per duos de consilio priuato duos de populo mediocri qui non sint de consilio et alios duos de populo minuto elligantur quinquaginta boni et idonei viri qui sint et esse debeant de

consilio generali et quod in ipso consilio fiat partitum ad fabas albas et nigras iuxta formam statuti dicte ciuitatis super hoc disponentis Jtem quod isti sex videlicet duo de consilio priuato duo de populo mediocri nullum officium habentes et alij duo de populo minuto habeant potestatem elligendi racionatores comunis et alios officiales dicte ciuitatis

CCCCLXII. [29 agosto 1438].

Anno dominj MCCCCXXXVIIJ. Jndicione prima die XXVIIIJ augusti Francischus de boscho Guliermus arquatus xpistoforus de la crota Thomas pelacia Marchionus polenzanus et henricus chio produxerunt coram spectabili Juris utriusque doctore domino francisco de bazanis vicario generali et in hac parte comissario presentibus Egregiis ac nobillibus domino Jeronimo de paucaparte vicario et domino perrino de natis colaterali dicte ciuitatis Ac nobillibus paulono cerrato georgio gastaudengo' Johanne conradengo' francisco bergogno Anthonio de vicia' ogerino raueno' guliermo barixano et Matheo gambino ex consciliarijs consilij priuati dicti comunis capitulla seu querellas suprascripta seu suprascripta[s] petentes et requirentes prout in ipsis continetur

CCCCLXIII. [31 agosto e 2 settembre 1438].

Anno et Jndicione suprascriptis die secondo setembris presentate fuerunt hec littere ut in proximum.

Marchio montisferrati etc. (*sic*)

Egregie carissime nobis receptis litteris vestris heri datis cum Jnclussa cedula continentes varias requissitiones vobis factas pro parte populi illius nostre ciuitatis etc. (*sic*) Dicimus quod bene fecistis nos de singulis Auissare contentique erimus quod omnia in pace et quiete sorciantur optimum finem prout scribitis Aduertatis tamen ne audientiam omnibus illis requissitionibus prebeatis Ex qua vos aliqualiter diformetis a comissione per nos vobis data et a deliberatione per nos facta ut scitis super huiusmodi diferencijs. Si tamen alie conclussiones vltra dictas nostras pro quiete et vtillitate dicte nostre ciuitatis capi possent de comunj concordia et voluntate ambarum parcium satis gratum nobis erit dummodo prius de ipsis nos clare Auissetis sed ut prediximus dilligenter aduertite ne ex nouis praticis et ex audientia per uos prestanda super requissitis Jnculchentur alij errores' ne aliquid fiat quod ut prediximus ab ordinacionibus nostris dissonum sit. datum cassalis die vltimo augusti MCCCCXXXVIIJ.

Egregio Juris utriusque doctorj domino francisco de bazanis dilecto vicario nostro

Ludouicus

(1) Et ipsis litteris dominicalibus cum debita reuerentia lectis die seconda mensis setembris in consilio priuato dicte ciuitatis presentibus prefato domino Francisco vicario et comissario antedicto' Necnon Egregijs et nobillibus domino Jeronimo de paucaparte ex nobillibus cellarum vicario spectabillis dominj potestatis albe Manfredo de florano et petrino de natis colaterali prefati dominj potestatis. Jn presencia nobillium Jsardinj bossauinj' georgij gastaudenghi Benedicti cerrati et guliermj barexani ac Johannis conradenghi francisci bergognj Anthonij de vicia et Mathei gambinj ex consiliarijs dicti consilij priuati eiusdem comunitatis presentibusque francisco de bosco guliermo arquato et xpistoforo de la crota et thoma pelacia henrico chio et Marchono polanzano pro parte predictorum de populo electis et nominatis. Prefatus dominus franciscus vicarius et comissarius antedictus ponderatis dictis literis Expossuit et item replicando prout etiam sepe dixerat, narrauit quod clare demonstratur ex eis prout Jllustris dominus noster dominus Marchio montisferrati etc. (*sic*) non bene habet gratas tot et tantas requissiciones et peticiones seu querellas ut prefertur maxime de nouo per illos de populo factas et porectas et per eundem Jllu[strem]. d[ominum]. nostrum Atenta potissime rellacione spectabillis et eximij legum doctoris dominj secondini de natis potestatis antedicti decissas et reiectas (et) tamquam suscitantes et Jnculcantes nouos errores' sed quia in eisdem dominicalibus literis vlterius benigne conceditur etiam ipsi domino francisco vicario et comisario antedicto vt si alie conclusiones vltra illas alias ut supra factas per eundem Jllustrem dominum nostrum etc. (*sic*) pro quiete et vtillitate dicte ciuitatis capi possent quod fiant et capiantur de comuni concordia et voluntate ambarum parcium' Et quod hoc satis gratum esset Jllustri domino nostro prelibato dummodo de ipsis prius Auissatus sit etc' Sic tamen quod ex ipsis concluxionibus non Jnculcentur alij errores et ne(c) aliquid fieret quod ut predictum est ab ordinationibus eiusdem Jllustris dominj nostrj dissonum esset etc'. (*sic*) hinc est quod post dictas querellas prius oretenus et sepe factas et postea successiue bene et melius ponderatis ipsis nouis querelis et in luce clare apparentibus nouis erroribus ex eis ortis etc. (*sic*) Videntes et cognoscentes predicti sex pro parte illorum de populo ut prefertur ellecti predictas eorum peticiones seu querellas fore et esse factas

(1) F. 278 *r*. (2) F. 278 *v*.

contra ordinata et decissa per dominum nostrum prelibatum ut etiam ipsi sex electi dixerunt/ Jndebite et Jniuste ac multipliciter Et volentes totaliter adherere voluntati et deliberationj prefati dominj nostrj fuerunt et sunt contenti et expressisime et solempniter ac concorditer conuenerunt cum dictis consiliarijs tam pro parte ipsorum quam pro parte eorum per quos ut supra electi et nominati fuerunt/ Quod dicte eorum peticiones (et) seu querelle omnes et singule sint et esse debeant casse vane Jrrite canzelate et nulle ipsasque cassauerunt reuocauerunt et canzelauerunt ac pro cassatis vanis Jrritis canzellatis anullatis et reuocatis haberj penitus voluerunt et Mandauerunt. Requirentes tamen prefatum dominum franciscum vicarium et Comissarium ac omnes alios suprascriptos consiliarios/ vt dignentur et velint pocius circha rossias fiendas pro opere pontis tanagri/ Necnon custodias noturnas ac Registra ciuium ciuitatis taliter prouidere et ordinare quod neminj subsit causa iuste querelle et quod nemo vltra debitum aggrauetur obmissis et penitus reiectis et cassatis dictis querelis et erroribus earum ut supra. Premissis uero vissis auditis et Jntelectis prefati dominj vicarius comisarius et consiliarij antedicti de comuni concordia ordinauerunt et ordinant quod reuiderj et perquirj debeant omnes et singule persone que faciunt et facere debent custodias noturnas et taliter facere et ordinare. vissis etiam libris custodiarum etc. (*sic*) quod vnaqueque persona faciat quod facere debet/. Jtem ordinauerunt quod electi ad tenendum et qui tenent registra dicti comunis debeant audire quemcumque conquerentem Aut conqueri volentem de suis registris et vnicuique eorum registra ostendere tociens quociens fuerint requissiti ac illa ut Assuetum est fierj dare in scriptis cuicumque persone ea habere volenti et requirenti Ceteraque alia facientes que in premissis fieri sunt assueta et quod nullus possit iuste conquerj/. Ordinantes etiam quod occaxione dictorum registrorum fiant et fierj debeant proclamationes in hijs oportune. Demum ordinauerunt et conuenerunt concorditer dicti dominj Consiliarij (2) ac dicti sex electi etc. (*sic*) (quod) de et pro rossijs fiendis et que de cetero fient pro opere pontis tanagri et ficarum comunis eas fieri debere iusta antiquas consuetudines in presenti ciuitate temporibus retroactis vssitatas ac secundum informationem super premissis captam tam per spectabilem dominum secondinum potestatem antedictum quam etiam per prefatum dominum franciscum vicarium et comisarium etc. (*sic*) hoc modo videlicet Jnteligendo quod exceptis predictis dominis consiliarijs de Consilio priuato Canzelarijs Massarijs et Sindicis ac nuncijs dicte comunitatis et alijs personis que iuxta solitum sunt exempte ab ipsis rossijs/ Omnes et singulle alie persone

habitantes et que habitabunt in dicta ciuitate albe cuiuscumque gradus et conditionis existant faciant et facere et contribuere teneantur' ipsas rossias sicut et prout hactenus est in eis solitum obseruarj Cum hac tamen clariori declaratione Quod omnes et singule persone non exempte ut supra que habeant (et) seu teneant boues uel alias bestias aptas et registrum magnum mediocre uel paruum faciant ipsas rossias'. Personis uero que habeant magnum uel mediocre registrum et non habeant seu teneant boues uel bestias aptas Jmponatur seu fiat talea seu taxa vna arbitrio et ad discretionem dicti priuati consilij in subsidium laborerij (et) seu rossiarum predictarum si deficerent etc'. *(sic)* Si uero essent alique persone pauperes nimis (et) seu minimj registri et tamen haberent boues uel alias bestias aptas tunc ad discretionem ut supra coniungantur due uel tres ex dictis personis simul ad suportandum honus dictarum rossiarum prout solitum est fierj Alie uero persone non habentes boues bestias nec registra faciant rossias (et) seu contribuant cum earum personis iuxta solitum et ad discretionem ut supra Successiue autem et ibidem pro maiorj et celeriorj amputacione omnium et singullarum querimoniarum et querellarum quouis modo et maxime de nouo ut supra factarum. Prefatus dominus franciscus vicarius et co[*m*]issarius saluis semper et ante omnia hic et in principio in medio et in fine omnium et singulorum supradictorum ordinatorum et quouis modo gestorum etc. *(sic)* voluntate ordinacione et deliberacione prelibati Jllustris. dominj dominj etc.' *(sic)* saluaque rellacione prefati dominj secondinj ut etiam supra premictitur laudauit et approbauit dictas ordinaciones et Concluxiones etiam nouas ut supra. comuniter et concorditer habitas atque factas. Jtem vlterius et Concluxiue saluis tamen. ut supra. proxime Prefatus dominus franciscus vicarius et Comissarius etc.' *(sic)* Addidit et etiam declarando Adit rellacioni facte per prefatum dominum secondinum' quod de firmissima Jntencione prelibati dominj nostrj fuit et est. Quod de mutacione consilij priuati per quamuis personam mencio vlterius nulla fiat sed stet et duret uel moueatur totaliter arbitrio prefati domini nostrj.

Jtem quod circha carculacionem *(sic)* rationum comunis hijs proximis diebus in cassali factam etiam mediantibus thesaurarijs prefati domini nostrj similiter nichil Jnnouetur siue de nouo queratur' Atento quod in eisdem carculacionibus nullus defectus est Jnuentus.'

Jtem contentus est et vult prelibatus dominus noster quod in tempore quo de nouo dominus secondinus potestas antedictus Jurabit officium ipsius potestarie fiat et reformetur dictum consilium generale. Jta quod in eo Jncludantur bonj et meliores etc.' *(sic)* modis et formis consuetis et hactenus obseruatis.

CCCCLXIV. [5 settembre 1438].

